

RESERVADO

06

130

B. N. L.

E. 60. 07. n. 18

Antonio de S. J. de
1595. Anno

João de Souza Coutinho

Marco Aurelio

CA

3257

~~Handwritten text, possibly a signature or name, crossed out with a horizontal line.~~

Handwritten text, possibly a name or address, including a large initial 'R' and some illegible characters below it.

DE SENECTVTE
ET ALIIS VTRIVSQUE
sexus, ætatibus, & moribus.

Lupo Serrano Lusitano Eborensi
Doctore & Regio Medico
Authore.

Totum hoc opus carmine expo-
situm est.

Sunt Libri quatuordecim.

(?)

¶ Addita est huic operi, deploratio populi Is-
raelitici propè flumina Babylonis, &
cuiusdè exitus de terra Ægypti.

¶ Cum facultate & approbatione Reuerendis-
simorum Patrum supremo sanctæ Inqui-
sitionis Consilio Præfeetorum.

Olyssipone, excudebat Antonius Riberius.
M. D. LXXIX.

Approbatio.

LIBROS hos quatuordecim de Senectute, *Autho-*
re Lupo Serrano, iussu amplissimi ac supremi se-
natus sanctæ ac generalis Inquisitionis perlegi,
Quos testor multas habere pyssimas considera-
tiones, & exercitia, quæ in commodum multo-
rum nõ sine magno fructu typis excudi possunt,
cũ psalmo Super flumina Babylonis. *Vltima* die
Februarij M. D. LXXIX.

Frater Bartholomæus
Ferreira.

PODE SE imprimir vista a informação, & tor-
ne o Original com hum dos nouamente impressos
a esta mesa pera se conferir. Em Lixboa a v. de
Março, Manuel Antunez secretario do Conse-
lho geral o fez, de M. D. LXXIX.

Antonio Tellez, *Iorge Sarrão.*

De Licença & autoridade ordinaria se poderão
imprimir estes liuros. *A* 9. de Março 1579.

Bulhão.

Si quidquã in hoc opere reperiatur, quod catholi-
cæ fidei opponatur, protinus deleatur. *V*lixbonæ
datũ anno à Virginis partu 1579.

Rixosa.	Obliuiofa.
Contētiofa.	Garrula.
Curua.	Bibax.
Pigra.	Somniculoſa.
Longa.	Auara.
Dura.	Impatiens.
Mœſta.	Seuera.
Lalla.	Mobilis.
Subtriſtis.	Tenax.
Iners.	Flaccida.
Malefida.	Imbellis.
Longæua.	Andax.
Ærumnoſa.	Timida.
Dira.	Vda.
Varia.	Hebeſcens.
Fallax.	Edentula.
Sibi diffidēs.	Onerofa.
Tremula.	Lachrymoſa.



☞ ☞ ☞

☞

AD SERRANVM DE SVIS

carminibus censura per Dominum Cos-
mum Canonicum Sancti Vincentij

Liixbonæ.

¶ Cōsulis vt dicā desinē hęc tua carmina prælo,
Dicam quod Calio Marcus Iberus ait.

Victurus genium liber est habiturus, & illud

Est scitum, tarde, si sapis, æde librum:

Si mea non laua est mens, hoc testatur vterque

Author, erit carmen, si gravitate fluat.

Ergo hic cū grata certet nouitate verustas,

Cum genio ingenium, nobile carmen erit.

¶ Ad Authorem operis, Carmen.

¶ Fortunatæ senex te nulla obliuia mortis,

Te nunquam ex oculis tollet auarâ dies.

Et viues, nomenq; tuum durabit in æuum,

Tanta tibi ex isto gloria parta libro est.

Vt vero pereat corpus, pereatq; senecta,

Perpetuò tamen hęc fama superstes erit.

AD

AD LECTOREM.

Dulcia Lector amas? sunt hinc dulcissima quæq;
Vtilia an quæris? nil legis utilius?
Sive vtrunque voles, Serranus abundat vtroq;
Quo linguam exornes, quouè colas animû.
Hæc lege, Lectorem vario sermone docebunt
Damna senectutis, commoda multa senis.

AUTHOR AD LECTOREM.

Hoc opus inspicias, nostra est fatura senectæ:
Cum pariat vetulus, res erit ista iocus.
Non tibi sit mirum, vetulus si insaniat, omnes
Desipiunt, quando ruga Senilis adest.
Debit hæc ætas progignere seria, lector
Parce tamen, visa est si mea musa leuis.
Vir grauibus fessus curis, si grandia semper
Pectore rimetur, pectore læsus erit.
Interpone tuis, interdum gaudia curis,
Ille ait, ast animo, gaudia versus erunt.

20 45

à 4

PETRI

PETRI SANCTII EPIGRAMMA
in laudem Authoris.

QUALIS erat Danais quoddam Podalirius heros,
Morbida qui medica membra lenabat ope:
Qualis Romuleas Epidaurò venit in arces
Phæbigena, inclusum numen in angue ferēs:
Talis Serranus, vel maior in arte medendi,
Morbos hac nostra pellit ab vrbe graues.
Quodq; semel Phæbo, nymphaq; Coronide cretò,
Fecit in Hippolyto, sed renuente Ioue:
Hoc ingens Serranus agit per compita passim,
Arte potens dia, nec renuente Deo.
Hunc aluit, docuitq; suas Thymbraeus Apollo
Artes, herbarum vim quoque nosse dedit.
Huc olim puerum ad liquidas Permessidos vndas
Duxit, & in sacris pectora mersit aquis.
Exciuitq; nouem placido ex Helicone sorores,
Atque inter diuas, talia dicta refert.
Carminē magnus erit puer hic, medicaminē ma-
gnus,
Thespiades capiti laurea ferta date.
Thespi-

*Theſpiades puero tunc laurea ſerta dederunt,
Et Phæbus plectrum, Calliopæa lyram.
Sic erit egregius vates, medicusq; peritus,
Quid dubitas? Phæbus nùm tibi falſa canet?*

IN LAUDEM HVIVS
OPERIS,

*TULLIVS ætatis ſcripſit ſolamina longæ,
Laudauit ſenium, quod graue portat onus.
Hoc opus expendit vitam lædentiã longam,
Sæpe ſenectutis commoda multa refert.
Namq; vt vterq; polus, totum in ſe cõtinẽt orbẽ,
Mappaq; depicẽto tramite, monſtrat iter:
Florida ſic iuuenum, ſic arida prata ſenectæ,
Ingenij mira continet arte, liber.*

(..??.?)

CHRISTOPHORI MONTERII

EPIGRAMMA

in laudem Au-
thoris.

SCRIBERE de ſenio, ſeniũ quod vincere poſſit,
Quod delere vnquam tẽpora nulla queant:

Te

Te decuit venerande senex, qui pectore puro
Sic facis, vt dicis, rarus vtroq; mones.
Non tu Caucasæ cantas mendacia rupis,
Pastorem Branchum carmina nulla sonant.
Non tu lothophagos, non tu Syrenas Vlyssis
Narras, materiã concinis ipse piam.
Alfonsum laudas Paulum, quo dignior alter
Laude fuit nemo, musbit et inuidia.
Dicitur Hebræis Paulus mirabilis, inde
Pro meritis Paulus dicitur ille suis.
Conquerar, accusans patriam, si ingrata recuset
Carminibus grates reddere grata tuis.
Proh dolor, est nostri magna hæc iniuria sæcli,
Quippe viris doctis nullus habetur honos:
Nil opus est, laudem, laudat quæ Sanccius ille,
Sanccius ille meus, Sanccius ille tuus.

¶ Noluit Author præscribere suum
nomen, sed coactus id fecit.

CVM prope sit mortẽ defessa & lōga senectus,
Negligit hos flatus, quos leue vulgus habet.

Om-

*Omnia vana putans, populi contemnit honores,
Noluit & chartam nomen habere suum.
Id tamen inscripsit grauioris iussa senatus
Observans, nomen qui iubet esse libro.*

Huius operis propositio.

*INSTITVI medicina tuis versarier hortis,
Tota mihi in Phæbo sedula cura fuit.
Grata puer colui doctarum prata sororum:
Grata senem rursus cernere prata iuuat.
Nocte colo musas, suffuror tempora morbis,
Me vigilum medicum cura diurna tenet.
Cum fuerim iuuenis, vetuli nunc ostia pulso,
Scribere decreui pubis & aëta senum.
Deliros vetuli mores, delira iuuentæ
Tempora, maiorum claraq; gesta cano.
Hoc opus ætati seræ non conuenit, ægræ
Parce senectuti, si tibi visa leuis.
Seria debebat grauiori scribere versu,
Digna viris doctis, pectore digna graui.*

(?)

ARGV.

ARGUMENTVM TOTIVS OPERIS.

Quatuor hic causas memoro, cur quisq; senectū

Defleat ut miseram, nec velit esse senex.

Est onus ingratum mortalibus ægra senectus,

Est morti similis, gaudia nulla parit.

Senectus

inimica ne

gocijs.

Prima cau

sa.

Senectus

p infania

reputatur.

Secūda

causa

Cōparat.

Prima senescentes à rebus causa gerendis

Auocat, ignauum nam putat esse genus.

Non cerebro fidit populus, non aula senili,

Obtufos sensus longa senectus habet.

Indicat infirmum corpus tibi causa secunda,

Cum minuāt robur tempora longa senum.

Ac veluti verno ridentia tempore prata,

Arida sunt hyemis, canaq; facta niue.

Tertia cau

sa.

Vltima

causa.

Tertia mollitiem, luxus, & gaudia frenat,

Vltima postremum nuntiat esse diem.

Incutit ipsa metū senibus, cum fata propinquēt,

Et mors dissoluat membra caduca senum.

Cum venit in mentem trepidandæ mortis imago,

Labitur ex oculis humida gutta senis.

Præteritæ vitæ cum sit memor ille nefandæ,

Sistit, & in Barathri tradier horret aquas.

Has ego discutiam, cum debitus ordo requiret,

Debita qui obseruat tempora, labe caret.

CLARISSIMO IURISCONSULTO

Paulo Alphonso Regis consiliario dignissimo, & omnibus naturæ & animi dotibus insignito, Lupus Serranus Lusitanus Eborensis, Doctor & Regius medicus salutem & perpetuam felicitatem exoptat.

Multis rationibus & causis adducor vir præstantissime, vt hæc de Senectute, & alijs ætatibus nouâ editionē tibi cōsecrē. In primis, quod eā tibi senescēti gratam fore existimē. Nec mirū, quoniam in ea velut in speculo quodam te ipsum poteris intueri, & senectutis affectus inspicere, ac contēplari: multa præterea animaduertere, quæ tibi ad bene beatēq; viuendū, & ad ægritudines non solū euitādas, sed etiā propulsandas necessaria videbūtur: Quæ res cuius homini probo maxime est utilis. Cū tu igitur me, ob tuā probitatē, beneuolentiā, integritatē, summāq; fidē amicitia tua dignū fueris arbitratus, debeo profecto hoc tibi donū plenissimo obsequio demereri. Quid enim mihi accidere possit optabilius, quā vt tibi splendidissimo atq; ornatissimo viro, & de me adeo benemerito hac mea lucubratione recēti, & ab oībus (quod equidē sciam) ad hæc vsque tēpora, intacta gratificer: præsertim cū tanta sit magnitudo tuæ liberalitatis, vt me & antiquis & recentioribus beneficijs ornare nunquam intermittas. Verū quando est meæ valetudinis infirmitas, vt quod tibi debeo præstare non valeam, quod possum, hanc nouissimā editionē carmine conscriptā

criptam ad te mitto, in qua omnes senectutis & iuuentutis affectiones & rationes sum prosecutus, ita tamē vt non scribenda minime attigerim, scitu vero digna paucis illustrarim. Quod si effeci, nō dubito, quin pro tua pietate tibi gratissimum fecerim. Id tamē à te videri creditissime habere volo, vt successiuis tuorū negotiorum temporibus, & nocturna lectione, has meas vigilias (licet tua spectatione indignas) velis evolvere. Satis enim cōpertum habeo, quanto & quam graui negotiorū pondere obruaris. Tua enim sedula opportunitate, & summa vigilātia, Rex noster Sebastianus carere non potest, tibi regia omnia negocia deferuntur, tibi res omnes regni difficiles, & ingenij magnitudinē & authoritatē desiderātes regio nomine committūtur. Quanuis tamē hęc omnia ita se habeāt, vt re vera habent, non despero te pro tua humanitate, & propter meā in te obseruantia, ac sinceram amicitia, aliquid tēporis negocijs suffuraturū, ad hęc quę tibi offero perlegenda, quę quanuis carmine scripta sint, à sententiarum tamen grauitate & verborū pondere nō abhorrent, quę si tibi satisfecerint, breui aliud opus nomini tuo consecrabo, vt arbitror, dignum tua authoritate, & mea atate iam ingrauescente. Scio enī te ex tua humanitate & benignitate, summo Regi, eiusdemq; proceribus valde acceptum esse.

Vale vir illustrissime, & regio
fauore dignissime.

NON decreueram hanc de Senectute qua
 lemcunque cōmentationem euulgare, aut
 in publicum ædere, quanuis sordido etiam stu
 dio deditū ingeniū, qualencunque laborē suū
 filētio obliterari ægerrime ferat. Nō defuerūt
 præterea quidā, qui hāc meam cogitationem,
 ne dicā pertinaciā veluti Reipublicæ inimicā
 reijciendam & supprimēdam esse existimarēt,
 me grauer oburgantes, & veluti proditiōis
 alligātes, quod nostrū laborem abortiuū esse
 voluissē. Quapropter omnia mecū cogitans,
 & sedulò perpendēs, animū iam ferme labantē
 imutauī, & amicorū monitis obrēperans typo
 grapho has lucubrationes, noctibus successiuis
 interceptas, & studio meo aliās grauiori quo
 dāmodo subtractas cōmendari. Hæ enim do
 cēt benè viuere, iuuenes senibus reuerentiam
 præstare, eisdē indulgere, eosq; ita animare, vt
 mortē proximā non extimescant, sed eam po
 tius veluti futuræ æternitatis nuntiam placi
 do & æquo animo suscipiant : viduas præterea
 solantur, diuites exhortantur, vt patribus
 orbatos alant, & bonis artibus instituunt,
 puellas nuptū dēt, vinctos à carcere vēdicent,
 captiuos

AD LECTOREM.

captiuos redimant, viros admonent vt cū suis
 vxoribus vitam honestam agant, liberos iure
 susceptos procreent, in captiuos sibiq; subdi-
 tos domini moderatè animaduertant, virgini-
 bus virtutis studiosis, ac in religiosarū fœmina-
 rū familiam cooptari desiderantibus parètes
 libèter satisfaciāt: homines diuitijs nō inhiēt,
 cauidici æra non expetentes, sed vera consu-
 lentes, litigantes in concordiam redigant, pa-
 cemq; concilient, liberi parentibus obtempe-
 rent: fures vitam perniciosam odio habentes,
 claustra sacra adeant: Reges æqua lance, suos
 subditos puniant: bene merentes foueant: pā-
 cem in suo regno conseruent: suam operam
 exigentibus benigne opē ferant, omnes deniq;
 adiuuēt. Alia præterea multò plura sunt, quæ
 carminū lectio legentibus & omnia rectè in-
 tuētibus insinuabit: amicorum enim, & aliorū
 bene consulentium monitis aures apertas ha-
 bens, feci quod nunquam facere cogitassem,
 tantum abest, vt facere decreuerim, aut delibe-
 rarim. Quod in hac commentatione superest,
 benigne lector expungito: quod autem sordi-
 dum est, expurgato: quod deest, ipse ex tua
 humanitate supplebis. Vale
 optime Lector.

(.?.)



QUOD DIOR ingratos morbos, va- Aggrēdi-
riosque labores, tur narra-
tionem.

Qui te discruciant mox mo-
riture senex.

Defessus curis vetulus, vitaq;
peracta,

Ingemit etatem, quæ sibi longa fuit.

Effundit gemitus, moueant qui pectora dura,

Quique rudes possint perdomuisse feras.

Alma Dei genitrix supplex tua numina posco, Inuocatio.

Nauiget vt fœlix, hæc mea cymba mari.

Tu vero aligeri Regina puerpera cœtus,

Vela senectutis flamine tende tuo.

*Incipe fesse senex cumulum memorare laborum, Prosequi-
tur narra-*

Qui mentē, & passim corpus anile premūt. tionem.

Tristibus est aliquid latitanteis promere curas, Laborū pa-

Corpora quæ siccāt, pectora quæq; grauāt. tefactio est

Mitigat iratos, mentem solatur amaram, eorū quod

Intima quæ rodunt viscera, non tegere. dāleuimē.

Ignibus accensis si quisquam imittant aceruum, Detectio

Protinus obruitur, qui fuit ante focus. curarū &

erūnarum fert sola-

men.

A

Pectore

LIBER

*Pectore si condas quæ sunt tibi mæsta, futurum
Protinus ut pereas, vel sit amara dies.*

Conqueri
tur senex.

*Discrutior, mecum voluens incommoda vitæ,
Hinc animus læsus, corporis inde dolor.*

*Dira fames, campi steriles, & turpis egestas,
Turbaque natorum, copia nulla cibi:*

*Frigora nunc lædunt, nunc æstus, femina discors,
Rixaque natorum, sollicitudo necis:*

*Corpus & ægrotum, membrorum morbida tabes,
Deiectæ vires, sarcina multa grauens:*

Ingentes animi curæ, quæ corda perenni

Vulnere corrodunt, scrutiantque metu:

Sollicitudo animi, mortis timor inde propinquat,

Circuit hinc rauco cerberus ore thorum:

Inferni tormenta monent horrenda tyranni,

Vt nitar vitæ consuluisse meæ.

Hæc mihi præcipiunt, abiectæ ut pondere carnis,

Debita naturæ soluere iura velim:

Hoc mouet ingentes horrendo turbine motus,

Atque animis ægris aspera bella ciet.

Sunt alij innumeri casus mæstique timores,

Qui mihi viuenti displicuisse solent.

Cur ego non verear, ne filia turpiter ardens

Irruat in vetitos mox violanda thoros:

Cur ego non metuam natorum funera? cur non

Sit mihi natarum sollicitudo grauis?

Has ego iam video tædas optare iugales,

Nec generos video? nec gener vllus erit:

Pauperis heu natæ: quisnam connubia poscet?

Aut quis sollicitet pauperis arte domum?

Ira Dei tetigit multos mihi sanguine iunctos,

Hoc grauius patior, cor grauiora timet:

Moribus obscænis, fæde submergitur alter

Filius, in ludo dissipat alter opes:

Filia vestitum baccis, auroque rigentem

Postulat, & collo grande monile suo:

Ast ego pauper, inops, alieno obnoxius æri,

In tenebras metuo, compede vincetus eam.

Nec tam pauperies, quantum male sana perurunt

Iurgia, quæ falso sæpius orta premunt.

Nonne æquum vt verear, ne fictis testibus, hostis

Me petat, vt maneat fata dolenda mihi.

His ego tot pænis afflictus deprecor altum

Numen, vt implacido sit mihi vita breuis:

Diffidètia
vetuli pau
peris.

Counubiũ
fœminæ
pauperis,
aut pauci,
aut nulli
expetunt.

LIBER

Viuam igitur moriens? moriëtem fama sequetur,

Elyfiosque colet vita perennis agros?

Hoc ego quod vixi tempus transiuit ab omni

Crimine feruatum, vitaque casta fuit:

Nemo fuit laesus, me iudice, cuncta probantur,

Adiuui multos: non mea vita nocens:

Quocirca formaui animũ dum fata propinquãt,

Vt merito dicam mox moriturus ego.

Euasi vitæ pelagus, totusque futuræ

Mortis agor stimulis, est furor intus agens:

Expulit humanos nostro de corpore sensus,

Obruit affectus, solaque vita manet:

Eripuit quodcunque nocet, curasque profundas,

Vna mihi superest vltima cura Dei.

Miseria vi
tae longæ,

Est senis infelix animus, cui viuere multum

Contigit, & cuius longior aura fuit:

Infelix si vita breuis, si longa senectam

Protrabat infelix: fatum in vtrũq; gemēs:

In tantis vitæ pœnis, vixisse libenter,

Est hominis stulti, quem sua fata manent.

Est labor ingratus, longos vixisse per annos,

At quem pœniteat viuere, nullus erit.

Quisque

*Quisque sua meritò egregiæ primordia gentis
Tollere, & æternum nomen habere cupit.*

*Omnia perpendit vetulus, secumque volutat
Anxius, in rebus, nescit habere modum.*

*Hinc metus imbellem torquet, vexatq; senectã,
Inde animo repetit, crimina facta prius.*

*Turbida mens solitum nescit captare soporem,
Nulla quies animo est, mēbra, quiete carēt.*

*Condidcrat Phæbus radios, & splendida cælo
Per tenebras niueos luna regebat equos:*

*Visa viro vigili chara consortis imago,
Et tales mæsto reddidit ore sonos.*

*Heus nimium dilectæ senex, quæ semper amaui,
Auribus excipias hæc mea verba memor.*

*Respicè quot morbos, quot curas ingerit æuum,
Quàm tibi continuò lucet amara dies:*

*Illuxisse diem letam, noctemque quietam,
Dicere vix poteris sis licet ipse senex.*

*Te modo vexabit durissima febris, & ossa
Vret, & algebit frigore corpus iners:*

*Te modo corripiet dissoluens membra podagra,
Et modo tabificus comprimet ossa dolor:*

Demortua
vxo appa
ret viro vi
gilanti.

Loquitur
vxo ad
maritū se-
nem.
Vitæ huma
næ labores

Febris est
calor præ
ter naturã
actioné læ
dēs, & ho-
mine offen
dens.

LIBER

*Iamque alij accedent morbi, iam sua nephritis
Torquebit miserum, iam tua crura ruent:*

Glaucedo
oculorum
morbus.

*Lasum pectus habet, capitur glaucedine visus,
Et mens delirat, contremitt ægra manus.*

*Decidit è cerebro fluxus, qui viscera lædens,
Ulcerata progignit sæda, propinqua neci:*

*Humida deponit venter, subuersio cuius
Hos facit imbelleis, hos vigilare facit:*

*Hos vexabit iners, & iniqua dolore chyagra,
Cruraque percutiet, dira gonagra tua:*

Aurigo si-
ne icterus,
morbus ab

*Aurigo poterit miseram sædare senectam:
Hernia iam vetulos sollicitare solet.*

Icteri auis
similitudi-
ne dictus.

*Intestina senes plures cruciare videmus,
Mors & decrepitis præcipitata venit:*

lege Corn.
Cels.

*Voluitur bis dira cerebrum vertigine pressum,
Humor & incoctus naribus ecce fluit:*

Gallicus
morbus, a-
lio nomi-
ne nuncu-
patur nea-
polititanus.

*Alter & assiduus solitus genuisse dolores,
Morbus in Hesperio gallicus orbe furit:*

*Atque frequens lotium fatentem gignit odorẽ:
Calculus obuersus funera quanta parit:*

*Iam iecur obstructum gignit discrimina multa,
Qualia nec Machaon, nec medicina leuat:*

Pectora

Pectora tabificæ mortis prænuntia pthisis
 Deorat, igniuomo sæpe furore necans:
 Quis referat varijs quam sit tua longior ætas
 Subdita prob morbis, quãq; propinqua neci:
 Est nihil in vita tutum, sed plena labore
 Omnia comperies, omnia plena malis.
 Accipe tu lata, quando mors certa propinquat,
 Mente diem, noli te cruciare senex.
 Est optanda dies, votis & mente petenda,
 Hic animus quando corpore liber erit:
 Ille quidem gaudet clarum pertingere cælum,
 Corpore deposito, quod velut hostis erat:
 Mens defessa graui, quem pertulit ipsa labore,
 Negligit in terris gaudia plena malis.
 Sed iã tempus adest, memorẽ quas longior ætas
 Incurrat noxas, quæ nocumenta ferat.
 Eloquar, an sileam? vereor ne fata propinqua
 Te miserum crucient, aut timor ipse necet.
 Tutius esse puto, numeris ea damna referre,
 Quæ paris infirmo sors inimica seni:
 Vt sibi prouideat, mentem componere curet.
 Exitus vt vitæ, sanctior esse queat.

Nihil in vi
ra diu bea-
tum.

Mors est
optãda ad
animæ li-
bertatẽ cõ
sequendã.

Cælum est
animæ do-
micilium.

Apostro-
phe.

LIBER

Sed tamen ut mortē (cū proxima venerit hora)

Mente quidem inuicta sustinuisse queas :

Carmina describam dulci solamine plena,

Vt melius videas, quam sit amara dies:

Præterea obserues, quanta sub nocte profunda

Nostra dies iaceat, sitque petenda quies.

Mente igitur coniux memori mea dicta reconde,

Et memor esto mei, sit tibi lata dies.

Hæc postquã audierat, præptissim^o auribus astãs,

Ingemit ô superi, conqueriturque senex.

Ex utero matris, tumulo si conditus essem,

Id foret utilius, quam mihi longa dies.

Certitudo
mortis.

Vita brevis, mors certa manet ventura, nec eius

Effugiet quisquam frigida tela manu.

Vincendi ter-
minus om-
nibus est
cõstitutus

Constituit dominus vitæ præscribere tempus,

Et genus humanum posteritate frui.

Optima non nasci res est mortalibus ægris,

Cernere nec lucem, scire vel esse diem.

Aut ubi natus homo est, propero sit funere rapt^o,

Ne misera vitæ casibus ille ruat.

Quem teneas vitæ calicem precor? ante tribunal

Iurgia, at in domibus quæstio dura premit.

Est

Est labor agricolis uehemens, ast vndique ponto
 Terror, opes peregrè, qui gerit, vsq; pauet.
 Pauperies grauior, connubia mente quietem
 Excutiunt: cælebs: heu male solus eris.
Tædia sunt proles, genus hac sine concidit omne:
 Mente caret iuuenis, dexteritate senex.
 Vtrum igitur malles optandum, vel neque nasci
 Vnquam, vel fato quam properante rapi?
 Ac veluti triuij dubitans ambage viator
 Sistit, & ancipiti pectore carpit iter,
 Sic dubitat rapiturq; senex, anguore viarum,
 Tanta premit vitæ sollicitudo breuis.
 Quod vitæ sectabor iter? si plena tumultu
 Sunt fora, si curis angitur ægra domus?
 Si peregrinos cura domus comitatur egenæ?
 Mercatoris opes si rapit vnda maris?
 Mercibus à cunctis tractandis turpis egestas
 Si prohibet quenquam, qui fuit ante satur.
 Si labor agricolâ vexat: mare naufragus horror
 Infamat, celebs non benè solus agit:
 Si torquet cautos custodia vana maritos,
 Prælia si tumeant, si lucra sænus habent.

Compara-
 tio.

Hominum
 diuersa in
 genia.

Si

LIBER

Si miseris velox inopes, vsura trucidat,
Omne æuum curæ: non sibi quisque placet:
Sensus abest paruis lactantibus: insuper infans
Flens venit ad ludum, quæ putat esse graui.
Sæpe dolent iuuenes, quorû est temeraria pubes,
Afflictantque viros, æquora, bella, labor,
Insidiasque irasque ferunt, iuuenesq; senesque,
Quos metus infestat, quos metuenda lues.
Expectata diu, votisque optata malignis,
Curua senecta venit, plena labore suo.
Spernimus in commune omnes præsentia: quidã
Ingenit ob vitam, quæ sibi longa fuit:
Indolet ast alius, quod paucos vixerit annos,
Vita breuis fuerit, sed sibi mæsta satis.
Respice & ad cultus animi: sic nempe pudicum
Perdidit Hippolitum, cura pudoris amans.
At contra illecebris fædatam ducere vitam
Qui solet, iratum sentiet esse Deum.
Pæna grauis sequitur multos: infamia tristis
Deicit imbelles, quos facit ægra Venus.
Sardanapalus erit testis, quem dira libido
Torsit, & in præceptis procubuisse ferunt.

Hippoliti
pudicitia.

Sardanapa
lus ex Epi-
curiorû sc
Eta fædisi
mè perijt.

Persi-

Perfidiam vitare monent, tria punica bella,

Sed seruare fidem, sæpe nocere potest.

Viue & amicitias semper cole: crimen ob istud

Ingens turba perit, crimine laesa suo.

Hoc metuens, igitur nullas cole: crimen ob istud

Gratia amicitia, non tibi præstat opem.

Dissidet ambiguus semper mens obuia vocis,

Quæ modo suspirat, mox voluisse negat.

Esse in honore placet, sed postquã ascēdit ad illũ,

Penitet, & Dominus iam cupit esse cliẽs.

Inuidia obicitur, postquam fuit auctus honore,

Cura fuit pernox, vt cumularet opes:

Postquam diuitiæ Dominum fecere beatum,

Ridiculus pauper protinus esse cupit:

Hoc mihi tu credas, pernox est cura disertis

Multa animo volunt, pectore multa sedent:

Mox medicina placet, sed mox cupit esse patro-

Esto patronus, ais, gratia rara rei. (nus:

Esto cliens, grauis imperij persona patroni,

Raro inuentus erit, qui velit esse cliens.

Sollicitudo subit, quod spernitur orba senectus,

Conditioque senum, sit miseranda nimis.

Fides semper Afro-
rũ fuit sus-
pecta.

Mortaliũ
diuersa stu-
dia.

Et

LIBER

Et captatoris præda est hæredis egeni,

Qui dum cuncta rapit, non facit exequias:

Homo aua- *Vitam parcus agas, auidi lacerabere fama,*
rus & pro-
digus re-
prehensi-
sunt obno-
xij.

Et largitores inuida lingua notat.

Cuncta tibi aduersis contraria casibus, ergo

Optima Graiorum, dicta notanda puta:

Non nasci esse bonum, aut natum cito fata subire

Vltima, sic Graij concinuere viri.

Admirabi- *Aerumnis grauibus fuerat concussus amicus*
lis patien-
tia S. Iob.

Iob domini, pœnas sustinuitq; graues.

Verba lo- *Talibus affatur dominum tunc vocibus Heros,*
quentis ad
dominum.

Tabificæ fatens prorsus odore lepræ.

Editus in lucem, tennesque egressus in auras,

Quàm cuperem gelida cõtumularer humo.

Discrutiant animum variæ, multæque querelæ:

Cum mærore epulor, cumque dolore bibo.

Exaudi genitor voces, gemitusque precantis,

Percipe clamoris flebilis aure sonum.

Subtrabe ne vultum misero, quem dira fatigant

Vlcera: quem lacrymæ nocte dieq; rigant.

Arrige supplex aures, pater optime nostris,

Da facilem votis te Deus alme meis:

Porrige tu dextram celerem sua fata dolenti,
 Sentiat auxilium, protinus ille tuum:
 Gens inimica mihi mentem deturbat amaram,
 Meq; humilem tentat sollicitare iocis.
 Versor & in tenebris, reputor iam triste cadauer,
 Anxius est animus, cor trepidumq; ruit.
 Sic loquitur miserandus homo, prostratus in imo
 Stercore fœtenti membraq; pure madent.
 Ille rogat dominum, pereant noctesq; diesque,
 In quibus ex utero visus in orbe fuit.
 Aut quia non fuerit chara genitricis in aluo
 Obrutus, & nato mox sibi rapta dies.
 Ex utero egressus, cur non fuit ille sepulchro
 Conditus, inuisum conqueriturque diem:
 Sit maledicta dies, qua sum productus in auras,
 Et tenebris inquit, nigrior illa dies.
 Nam quæcûque vides, hinc, inde, labore paratur,
 Partaq; momento præteriere breui.
 Mortis tempus adest melius, quam tæpora vitæ,
 Horredum in pelagus qui modo natus abit:
 Mors tollit curas, solatur, gaudia, confert,
 Sarcina curarum est vita onerata malis:

Qui

LIBER

Qui modo discedit fugiendo tædia vitæ,
 Gaudeat, in cælo (si benè vixit) erit.
 Inter mortales semper discordia regnat,
 Qui perière tamen, prælia nulla gerunt.
 Editus in lucem, velut in discrimina natus,
 Funereo luctu, suscipiendus erit.
 Qui moritur, tanquam fugiens discrimina vitæ,
 Funeribus lætis contumulandus erit.
 Laudibus immodicis quis tollit in æera Thracas,
 Qui sibi latantur pignora grata rapi:
 Felicesque vocant quos primo flore iuuentæ,
 Ancillans Parcis mors inopina rapit:
 Illi dum viuunt, properant ad pessima quæque,
 Attamen ijs finem mors tulit vna mali.
 Cur gentes soleant infantum fletibus ortus,
 Occasus risu, lætitiaque sequi:
 Causa subest? natos cernunt cū in luminis auras
 Ad iuga produci, tristia? iure dolent.
 Qui modo discedunt, iam libertate potiri
 Credimus, & cantu ducimus ad tumulum.
 Sed iam tempus erit vetulū memoremus inertē
 Omnibus vt pateat, iusta querela senis.

Nè tamen impediãt animũ duo nomina sensum

Qua retinent vnum, dicere pauca libet.

Nota potest fieri res vna aliquando duobus

Nominibus: pauper dicitur esse miser.

Hoc miseri nomen, cũ nostra volumina cantent, Quis fiet
miser &
pauper.

Quiduelit, exponam, res erit ista breuis.

Farre caret pauper, nec nummos possidet vllos,

Parua domus frigens, ære locata suo est.

Postulat æra frequens, & iudicis ora pauescit

Debitor: in tecto est nil nisi sæua fames.

Litibus implicitus (nam semper creditor vrget)

Aspergit lachrymis, iudicis ora sui.

Sollicitat multos, alimenta requirit in vrbe,

Ostia nobilium regia pulsat inops:

Incedit tacitus, nec lumina tollit in orbes

Æthereos, tantum cogitat vndè petat.

Hoc sermone senem, complectimur æde latentẽ,

Qui durã in media sustinet vrbe famem:

Non qui mendicus, passim percurrit in vrbe,

Et clamore graui quæritat orbe cibum:

Non qui deflendo, cunctorum percutit aures,

Corporis & monstrat vulnere sæda sui.

Impedit

LIBER 27

Impedit & cursus hominum per compita, vestes
 Apprendit, quando dissimulare videt.
 Nomine communi miseros nos saepe vocamus,
 Orbatos patribus, quos premit ira Dei:
 Suspensos laqueo, conuictos crimine falsi,
 Quos meretricis opus detinet aede sua:
 Non ego praetereo viduam, quae coniugis experta
 Permanet, & pauper sola relicta domi est:
 Non nuptam, quae pulchra nouo spoliata marito,
 Est deserta domi, pauper & orba manet:
 Non etiam orbatos materno lumine natos,
 Impia quos pellex, cogit obire diem:
 Sexcentos alios poterit comprehendere nomen
 Hoc miseri, cunctos nolo referre modo.
 Id tamen obserua, miseros nos saepe vocare,
 Quos premit aegra lues, quos dolor alt⁹ habet.
 Quos tenet obscurus visus, quos hernia torquet,
 Calculus obuersus quosue necare solet.

Finis libri primi.

LI

LIBER SECVNDVS. 9

Non senibus fudit vulgus non causa ge-
renda
Iudicio summo traditur vlla se-
ni.

Exprime Musa mihi, quid sit cariosa senectus:

Nota sit vt cunctis vita caduca senis.

Vltima pars vitæ, & supremi terminus æui

Dicitur, & curis vltima meta senis.

Vltimus ætatis portus, quæ desinit esse,

Vltima mæstitiæ pars miseranda senis.

Est veluti caries ligni, iam facta putredo,

Est veluti radix sole perusta graui.

Est veluti puluis tenues dispersus in auras,

Est veluti fenum marcida rura tegens:

Est veluti truncus media deiectus arena,

Non est qui fuerat, qui fuit ante, senex.

Iam sibi deterior, canis aspergitur ætas,

Iamque suos vultus, ruga senilis arat:

Iam vigor è lasso torpent in corpore vires,

Nec iuuenis lusus, qui placuere, placent.

Inno-
catio.

Quid sit
senectus.

LIBER

Si subito aspicias non certe agnoscere possis:

Tanta etenim aetatis facta ruina sua est.

Consequitur incommoda senectus. *Omnia quis dubitet mutari tempore membra?*

Pinguia quae fuerant iam modo sicca videtur.

Non vetulum placat natorum leta iuuentus,

Non illi incolumi longa senectus placet.

Continuus rerum euentus, labor improbus affert

Mærorem senibus, vita dolore grauis.

Non habitus, non forma prior non gressus euntis,

Non grauitas eadem, quae fuit antè, manet.

Æqua fuit vestis iuueni, sed labitur illa

Ex humeris vetulo, cui macra membra tremunt.

Contrahimur miseri, sensim decrescimus omnes,

Atque pedes titubant, qui valere prius.

Frigida diminui credas morientibus ossa,

Est veluti fanum corpus inane senum.

Non oculis cælum aspicitur, sed prona senectus

Tantum ipsam terram terra futura videt.

Fit tripes, & quadrupes ceu quondam paruulus

Et per subiectam (flebile) reptat humum. (infans)

Vt glacialis hyems affligit frigore corpus,

Frigore sic corpus pigra senectus premis.

Apostrophe.

Carpum

Carpuntur tacito mortalia corpora motu,
 Membraque cum sensu debilitata iacent.
 Intereunt quæcunq; sinu complectitur orbis,
 Ad nihilum tendit quod fuit ante nihil.
 Qui fuit ex terra natus peregrinus, eandem
 Incolet & matrem, cuius at hospes erit.
 Incumbit baculo miseranda, & lassæ senectus,
 Adiuuat & baculus crura caduca senum.
 Ægrotat, friget, tussit, gemit, horret, & alget
 Perpetuo sæuis exagitata malis:
 Hæc saltare cupit, dulcesque agitare choreas,
 Ruraque venatrix continuare cupit.
 Viribus infractis tractare & prælia miles
 Ambit, & in bello Regibus esse comes:
 Cum tamen his ætas penitus contraria votis,
 Deneget id senibus, visque retardet eos:
 Sæpe dolent, querula rumpuntur pectora voce?
 Exclamant superos, subsidiumque petunt.
 Suscipe me genitor, vetuli miserere gementis,
 Lassæ sinu tandem suscipe membra tuo.
 Est avidus, ventura petens, semperque futura
 Expetit insanus, se necat ille fame.

Prosequi-
 tur narra-
 tionē suā.

LIBER

Stat dubius, tremulusq; senex, semperq; malorum
Credulus, & stultus quæ facit, ipse timet.

Antiquos laudat, præsentis despicit omnes,
Et tantum rectum quod facit, esse putat.

Hæ sunt primitiæ moriendi, his partibus ætas
Defluit, & tardis passibus ima petit.

Se solum doctum, se iudicat esse peritum,
Atque vnde est sapiens, desipit inde magis.

Multa licet referat nobis, eademque reuoluat,
Horret, & alloquium conspuit ipse suum.

Senectus
comes lo
quacitatis.

Deficit auditor, non deficit ille loquendo,
O sola fortes garrulitate senes:

Omnia nequicquam clamoris vocibus implet,
Nil satis est, odit quæ placuere modo.

Arridet de se ridentibus, ac sibi plaudens,
Incipit opprobrio lætior esse suo:

Aspicias, vt nobis iam pridem mille querelas
Afferat, & baculū prona senectæ premat.

Senū imbe
cillitas ba
culis sustē
tatur & in-
nititur.

Adiuuat ille suo baculo nutantia crura,
Sustinet & gressus, firmat vbiq; gradus.

Funera gnatorum, rogi aspiciendus amata
Coniugis, & fratris turbaq; amica ruens:

Extant cognatis, plenaq; sororibus vrna:

Plenaq; seruorum nigra sepulchra videt.

Hæc data pæna diu viuentibus, vt renouata,

Semper clade domus, longa senectæ flect:

Luctibus in multis, & nigra veste senescat,

Continuò mærens lugeat ille suos.

Ergo venturæ memores estote senectæ,

Et nullum vobis tempus abibit iners.

O quam continuis, & quantis longa senectus

Plena malis: vultus dissimilisque sui.

Aspectus turpis, deformis procute pellis:

Pendentesque genæ, rugaque corpus arat.

Plurima sunt iuuenû discrimina: pulchrior alter

Hunc forma vincit, robore & ille alium.

Vna senum facies, cum voce trementia labra:

Et iam læue caput: naribus vnda fluit:

Frangendus misero gingiua panis inermi:

Est grauis vxori, dira q; rixa domi.

Non eadem vini atque cibi torpente palato,

Gaudia, non socius, rura nec vlla placent.

Præterea exiguus (gelido iam corpore) sanguis

Febre calet sola, nec tamen ille calet.

Apostrophe.

Senectus
caleris
expers.

LIBER

Senectus varijs morbis obnoxia. Ille humero, hic membris, hic coxa debilis, ambabat
 Perdedit ille oculos, auribus ille caret.
 Exhibita hic digitis alienis fercula sumit,
 Pocula nec potis est plena tenere manū.
 Nomina seruatorum, nec vultum nouit amici,
 Cum quo praterito luserat ille die.
 Quos genuit, quos eduxit, non respicit vnquam
 Sed velut obtusus semper in aede manet.
 Comoda pauca placent senibus, sed multa dolor
 Incutiunt, premitur vita caduca malis.
Consequitur incommoda senectutis. Multa senem circunueniunt incommoda, nanquā
 Quarit, & inuentis abstinuisse solet.
 Si tamen vtatur, timidè, parceque ministrat
 Omnia, dilator, spe quoque longus, iners.
Vitia senū, & infirmitates. Difficilis, querulus laudator temporis acti
 Se puero, censor supprimit ille suos:
 Sunt fragiles senibus vires, sunt plena timore
 Omnia, nanque illis incutit aura metum.
 Sunt & rixosi, bifrontes, mente tenaces:
 Inualidumque caput, robore mēbra caret
 Ora madet semper, lachrymis stat lumina plena
 Putrescunt dentes, gutture stertit aqua.

Non fidunt cuiquã, facile inflãmantur in iras,

Sunt sat difficiles si reuocare velis.

Credulus ergo senex nunquã discedit ab illo

Proposito (miserũ) quod malè cautus amat.

Est cupidus, timidus, mæstus, sermoneq; blasus:

Quidquid promisit conscius ore negat:

Ingemit & vigilat curarum mole grauatus,

Fædantur nares, halitus inde grauis.

Actio decrepito tardatur sedula cuiq; ,

Vermibus implendus, triste cadauer erit.

Surdescunt aures, cani fluxere capilli,

Fætida ab immundis naribus vnda cadit.

Horrida barba, hebes auditus, sed gustus amarus:

Semper & in peius fracta senectæ ruit:

Redditur inuito lotium: vesica perennes

Enittit guttas, tu lapis ima necas.

Sæpe dolent misero (pressa coxendice) nates:

Urgetur stimulus dura senectæ suis:

Sæpe reluctanti quatiuntur pectora tussi:

Attonito morbo membra soluta cadunt:

Lumborum affectus vetulum contundit, opacus

Redditur aspectus, cruraq; pædor habet:

Apostro-
phe.

Coxa siue
coxendix,
vnde mor-
bus ischia-
ticus.

Morbus at-
tonitus
apoplex-
ia
vel resolu-
tio totius
corporis.

LIBER

Turbida vertigo, capitis tremor, & rigor ingens
 Infestant miseros nocte, dieque senes:
 Pruritus membris, infectaque vulnera fœtent:
 Ulcera sordescunt, plenaq; pure mader
 Et turpis scabies squallentes occupat artus:
 Pestifera hinc sanies serpit in ossa senum:
 Est celer ad risum, mox deflet funera, quorum
 Corpora iam tumulo contumulata iacent:
 Mox venit in mentem, quantum cõgesserit auri,
 Mox quæritur nummos exposuisse suos:
 Quàm male dinedit fũdos quos pulchra reliquit
 Fœmina, quam gelido contegit vrna sinu.
 Quam citò contraxit vetulæ consortia fœdæ:
 Quam citò consumpsit dona relicta patris:
 Hæc queritur, postquã risus diffusus in omnes,
 Se putat ad funus, mox properare suum.
 Quam male transmisit tẽpus, quod vixerit olim:
 Quã malè transacta est plena iuuetã dolis:
 Quam malè disposuit natorũ munia: quorum
 Mitius ingenium supprimit ipse pater.
 Quàm malè prouidit natis, connubia quærens
 Aspera, caucaseis nec benè digna feris:

Inconstan
 tia senectũ
 tis.

Cogitat hæc secum, sed tandem versus ad ipsas
 Corporeas noxas, tum gemit ore graui.
 Frigidus è cerebro descendit protinus humor,
 Qui cadit in nervos, linguaq; blæsa manet.
 Fusus & in faciem, distendi denegat ora:
 Dentibus obtusis, non sinit esse cibum:
 Dentibus infirmis vix mandit, morsibus ora
 Plena suis, aluus fercula cruda vomit:
 Vina caput feriunt: descendens gutta palatum
 Lædit, & imbelles percutit illa pedes:
 Corporeæ molis lassatus pondere, nescit
 Crura mouere, pedes vis labefacta tenet.
 Incedit tremulus, lassatis viribus arcet
 Incaßum famulos, obuia quæque nocent.
 Cor miseris mærens, animos timor arguit ægros:
 Deperit & facie, qui fuit ante, color.
 Regnat & in vetulis emissio plurima flatuum,
 Quos passim emittit, vis resoluta coli.
 Sensibus extinctis, vix proxima funera plangit.
 Tardior ingenio, mens nihil ausa dolet.
 Non amor ingenuus, non sensus vellicat vllum
 Insanum vetulum, non periturus honor:

Prosequitur incom-
 moda fen-
 Antis,

Cun-

LIBER

*Cuncta senes metuunt, metuunt connubia nata,
 In vetitos præceps nè ruat illa thoros.
 Ingemit & deslet quia filia chara pudorem
 Perdit, & illecebris turpia lucra petit.
 Frigus & implacidum, prohibet durata reflecti
 Brachia cum manibus, quæ riguere gelu.
 Si comedunt vetuli, vetulis nocet esca, Lyæi
 Potio nec grati, viribus addit opem.
 Et dulces odère cibos, odère paratas
 Sæpe dapes, metuunt has sibi terra neget.
 Cum dentes habeant fragiles, contusa necesse est
 Exhibeant ipsis, mandere quæ cupiant.
 Si cadit in præceps vetulus, munimina dextra
 Fert nemo, & tardam conficit ille viam.
 Si queritur, deslens ætatis damna senilis,
 Insanire putant, nemoque præstat opem.
 Si vertigo capit, fusus prosternitur æde,
 Et miseri vetuli corpora tussa iacent.
 Claudicat hic pedibus, nemo succurrere claudo
 Tentabit: strepitant continuoque pedes:
 Si miser affatur, dementia summa putatur,
 Quannuis cordato pectore verba fluant.*

Copia si vini forsā turbauerit illum,
 Ebrius incusat cum famulis superos.
 Collocat in celo veteres, iuuenesque refellit,
 Et meliora videns deteriora probat:
 Præterita extollit, spernit præsentia, mæstus
 Suspirat, tristi percutit ora manu:
 Non hominum cætus, non fœmina, nulla clientū
 Turba seni fudit: pondere verba carent.
 Consilio pollere negant, quæ dicit iniquo
 Excipiunt risu, ridet & ille simul.
 Verba refert tremulo ore senex, coniūcta palato
 Heret, & ad fauces aspera lingua riget.
 Corpora curuātur, concussaq; mēbra tremiscūt,
 Claudicat incedens, substitit, errat inops.
 Filius ante diem perquirat fata parentis,
 (Triste quidem dictu) patrius errat amor.
 Auri sacra fames, & habendi innata cupido,
 Q quoties patribus fata suprema tulit!
 Frater & in fratrem, non horret stringere ferrū,
 Cognati iuguli non timet esse reus.
 Talia qui patrat diuorum numina temnit,
 Nec timet irato fulmina ab axe iaci.

Narrat fi-
 liorū teme-
 ritate erga
 parentes.

LIBER

*Non metuit regum leges, non iudicis iram,
Non metuit sæua tela tremenda manus.
Non pudet in patrem quem se genuisse fatetur,
Iniecisse manus, quæ meruere focum.
Non matrem viduare timet, non permouet illū,
Quod soror orba manet, sola relicta domi.
Non horret facies hominum, non luce tremescit
Infelix visa, non timet ille Deum.
Non horreda tremit pauidus tormenta tyranni:
Non caligantes horret adire domos.
Hunc igitur stygium Deus exturbabit in Orcum,
Pro quo plebs fundet non valetura preces.
Connubio iungunt natam si forte parentes,
Diuitijs cessat non spoliare patres:
Hospitium si quando pater, victumq; reposcat,
Pauperiem patris filia nulla leuat.
Ille erit infelix in paupertate parentis,
Filius authorem ni inuet ille suum.
Crudeles nati, crudeles sanguine iuncti,
Quando suum in patrem filia nupta furit.
Quodque magis doleo, sæuissima redditur vxor:
Sæuit & in dominū, qui modo seruus erat.*

Quid-

Quidquid habet vetulus, reliquis fastidia gignit,
 Nec se penituit displicuisse suis.

Prosequitur
 cur damna
 senilia.

Corripitur forsā morbo, medicamina natus

Nec patri egroto filia cara facit.

Illudunt neptes, auertunt ora nepotes,

Irridetq; suum, nata maligna patrem.

Immergatur aquis, stringantur vincula collo,

Missus in exillium sit comes ille feris.

Suspensus laqueo, pascat genus omne ferarum:

Funera non faciat, filius vlla patri.

Hæc mala, quæ refero, patitur lögæua senectus,

Quæ mala compensent cōmoda nulla scio.

Accumbit mensæ, famulæ indurata reponunt

Fercula, quæ dentes non minuisse queant.

Omnia gingiuas offendunt, faucibus hærent

Viscida, tunc renuit fercula cuncta senex.

Triste merum misero fertur, quod guttur acetū

Vellicat, & tristi saucia lingua dolet.

Nauticus est panis, caro dura est, fercula salsa,

Non nisi dæmonibus conuenit ille cibus.

Proijcit iratus mensam, famulosq; flagellis

Impetit, & spargit cuncta epulanda solo.

Incusat

LIBER

*Incusat superos, cœlestia regna profanat,
 Deuouet & natos, progeniemque suam.
 Infelix lachrymis plenus, quò lumina flectat
 Inscius, adstrictis dentibus ore fremit:
 Non nè vides quantis crucietur longior atas
 Opprobrijs? quantos sufferat illa iocos?
 Scilicet hæc senibus placeant, ea gaudia vitæ
 Inspicis, haud culpes, si velit ille mori.
 Sunt vetuli varij, trepidant & multa verentur:
 Si tamen audaces, non metuenda pauent.
 Non poterit quidquam longæuis gaudia ferre:
 Nam diuturna dies tædia multa parit.
 Delirat vetulus, si multos compleat annos,
 Debilis, est sola garrulitate potens.
 Moribus affectus duris conuertere nigra
 Tentat in alborem: subdola iura placent.
 Subdola, rixarum alrrix & malè fida senecta,
 Inuida, sanguineis non facciata malis.
 Præterea reputans vetulus sibi tempora vitæ,
 Imminui somno, lumina nocte petit.
 Tota domus surgit, cuuctos vigilare coactos
 Excutit à somno, sit licet ille breuis.*

Prosequi-
 tur incō-
 moda se-
 necutis.

Gesta refert vigilans, inuenis quæ gesserit olim,
 Et veterum mores laudat & acta patrum.
 Sæpe refert quædam, quæ non audire libenter
 Dignentur pueri, aut rustica turba velit.
 Se putat imperio dignum, cui summa potestas
 Mandetur, rectum se putat esse senem.
 Plausibus vt populus capiat se cunctia regentē
 Ambit: & vt nomen possit habere graue.
 Quæ quondam comites gesserunt, tollit in astra,
 Mordet & irridet, quæ modo facta videt.
 Est quando solus, querula modulamine vocis,
 Laudibus extollit gesta superba patrum.
 Gesta superba patrum, quæ sunt indigna referri,
 Cum canat euentus, quos neget esse puer.

☞ Finis libri secundi. ☞



LIBER TERTIVS
DE SENECTVTE.



*A*usa secunda refert, validam non
esse senectam,
Hanc velut infirmam, carmina
nostra canent.

Oratio fe-
nilis.

*A*Egra senecta malis, necnon & saucia curis,
Ingemit, & querula talia voce refert.
O pater omnipotens, quãtis mea mēbra flagellat
Plectūtur, quantis mens mea pressa malis.
Esto pius pater omnipotens, miserere senectæ,
Dilue peccatum, crimina nostra tege.
Quid scelerum admisi? quæ diuūm numina læsi
Vt mea sint tantis pectora pressa malis?
Lutifico gemitu, quatiuntur pectora fessa,
Mæstaq; continuis imbribus ora madent.
Hæc secum vetulus voluens, miratur acerbos
Horrores animi, membraq; fracta metu.
Discurrit repetens secum, quæ digna patrauit
Crimina supplicio, quale vè turpe nefas:
Si præcepta Dei, Romanaque sacra negauit,
Impia si coluit numina corde suo.

Cogitat ve-
tulus quæ
crimina cõ-
misit,

Si non ingreditur templum pietate verendum,

Nec recitat laudes, nec pia sacra colit:

Si Incusat superos, si caeli gaudia temnit,

Si negat ex alto fulmina missa Deo.

Numinibus sua iura negat, non credit inesse

Vim superis tantam, non putat esse pios.

Anxius & dubitat secum nùm summa potentis

Seruarit toto pectore iussa Dei.

Lanae pauperibus dederit nùm tegmina nudis.

Et consanguineis dona petita suis.

Quin potius nummos nunquam dispersit auarus,

Illi, cum largas arca flagellet opes.

Fœmina cum natis poscens alimenta recessit

Ex foribus, lachrymis sat madefacta sinus:

Consilium nullum præstat, sed ridet eandem.

Nô ne, inquit, famulis sunt mea dâda meis?

Si nuptam virtute sua fraudavit honestam,

Crimine si culpa virgo notata sua est.

Præterea secum repetit, si regibus vlla

Crimina calavit, quæ meruere necem.

Plurima sollicito rimatur pectore secum,

Plurima, quæ Borea vel leuis aura ferat.

LIBER

Omnibus inspectis, vitam duxisse quietam,
 Se putat, & gaudet conscius esse sui.
 Cum tamen in terris nullus sit criminis expertus,
 Totaque sit proles crimine facta suo:
 Sit mortale genus pollutum crimine Adami,
 Totaque progenies sit male fida Deo:
 Tunc grauibus pænis dignum se iudicat esse,
 Et graue supplicium se meruisse putat.
 Oïa quæ patitur, patitur quasi ab æthere missa
 Consciis, & nocuum se putat esse reum.
 Et licet (ille inquit) nutu hæc permissa parentum
 Eueniant superi, sunt mihi dura tamen:
 Ergo Deum fufis precibus, votisque fatigat,
 Inque animæ curam vertitur ille suæ:
 Nec tamen exhorret, si mors extrema requiratur
 Debita, quæ debent qui coluere solum.
 Damna senectutis cecini, nunc commoda si qua
 Languida fert ætas, nostra Thalia canat.
 Postulat hoc ratio, nec non censetur honestum,
 Laudibus vt tollant carmina nostra senectus
 Consilio pollet vetulus, si cruda senectus
 Adfuerit: tremulo est mæs malè sana senectus
 Quam

Quam fore crediderim rationem in corpore tãta

Quod mala perpeſſum, tantaque dãna fuit.

Vſque adeo vetulum laſſavit longior ætas,

Impendere bumeris vt graue credat onus.

Hoc tamen is queritur, cui turpem ducere vitam

Contigit, & ſemper libera vita fuit.

Qui placidum vitæ recto moderamine curſum

Transigit, is durum non putat eſſe mori.

Quod natura facit, iuſtum cunãti que beatum

Aſſirmant, generi cum ſit amica ſuo.

Quisq; tamen gaudet longam producere vitam,

Longa ſed hæc multo plena labore venit.

Ocyus at dices (forſan) quòd longa ſeneãtus

Irruat, & vires obterat indè ſenis?

Sit necis horrendæ vicina & proxima ſemper:

Multaque concurrant præcipitare ſenem.

Illud ait vulgus, referens mendacia, patris

Æterni ſeruat nam documenta ſenex.

Incertum mortis tempus ſcit nullus in orbe,

Tãtam oculis ſummi res manifeſta Dei eſt.

Non puer, intrepidusq; ſenex, fortisq; iuuenta,

Promittent vitæ tempora longa ſuæ.

LIBER

*Mortalis tantum nouit præsentia visus,
At ventura poli nouit ab arce Deus.*

*Cognouit nemo quid crastinus indicet ortus,
Ingenti quanuis polleat ingenio.*

*Est incerta dies mortis, mors certa futura est,
Mortalesque omnes sub sua iura trahit.*

Mors non
iuffert

Et licet hæc victrix, cunctis dominetur in orbe

quod fit ve
tulo sub-
dita.

Conqueritur non se colla domare senum.

Loquitur
mors que
rula, quod
subijciatur
longæ se-
nectuti.

*Tu me sola tibi subdis veneranda senectus,
Cui subdunt Reges pontificesque caput.*

In mea iura venit, quidquid producitur orbe:

Quod volo, quod iubeo Parca ministra facit

Me pueri metuunt, mihi paret cruda iuuentus,

Doctus & indoctus non negat esse meus.

Pauper erit mecum, diues mea tecta subibit,

Non poterit quisquam iura negare mea.

Si bene perpendas, tacita sub mente reuoluens

Nulli mors nocuit, profuit ergo tibi.

Vt fugeres vitæ panas, mundi que pericla,

Iussit mortales interisse Deus.

Nam si perpetuò constaret vita, nec vlla

Mors foret in terris, vita dolenda foret.

Virtuosos superi calant ut vivere durent,

Fœlix esse mori, vivere sed miserum.

Nam tibi apud superos si gaudia summa polorū

Et quæ lætitiæ sint ibi, nota forent:

Iam cuperes carnis rigidas fregisse catenas,

At quæ coruscantes transuolare polos.

Multa quidem toto succedunt gentibus orbe,

Quæ nō carminibus sunt memoranda meis.

Hæc si cōmemorem, referam quæ incōmoda vitæ,

Quanta quæ sint cælo gaudia, quanta quies:

Humanam dicar penitus subvertere vitam,

Immensum agricolis & viduare solum.

Taxantur vetuli, iuuenum quod facta minorū,

Omnia præteritis deteriora putent:

Obijciunt iuueni vetuli quod lusibus omnes

Exponat nummos, æra relicta patrum:

Et tantum curæ pulchras captare puellas,

Ac Cypriæ tantum peruigilare Deæ:

Quod non diuitias, quod nullum congreget aurū,

Quod media rotos erret in vrbe dies:

Discurrat noctu vigilans, socios quæ minaces

Conuocet, ebrietas sit sibi fida comes.

O' iurgat
vetulos.

LIBER

Debuerat vetulus iuuenum non carpere motus,
*A*Etatis primæ sed meminisse suæ.

Non querulas imo deducere pectore voces,
 Debuit insanus, sed tacuisse senex.

Multa licent iuueni, quæ non senioribus, ergo
 Longæuum patrem mens benè sana decet.

Iuuenes in
 fontes fa-
 cit.

Cum iuueni calido feruescat corpore sanguis,
 Feruet, & in sola est cum leuitate potens;

Frigidus at vetulis coit in præcordia sanguis,
 Atque aded patres hi grauitate valent.

Alter in igne furit, senio sed deficit ignis,
 Quod iuuenes quærun, longa senectæ fugit.

Pulchra iuuenta cupit teneras captare puellas,
 At placido gaudet dura senectæ foco.

Cum iuuenes spernant diurnæ dogmata vitæ,
 Accelerant funus, sæpeque morbus adest:

Confertur
 senectæ cū
 ætate iuue-
 nili.

*A*Egrotant grauius iuuenes, capiuntque salutem
*A*Egrius, & paucis contigit esse senes:

Nanque tuis mors expositi truculenta sagittis
 Sunt magis, & morbi sæpius ossa premunt.

Sæpè senex queritur sibi non sperare licere,
 Quæ iuuenes sperant, sed malè cōqueritur.

SI

*Si iuuenis sibi Nestoreos promiserit annos,
Falletur, florens sæpe iuuenta perit.*

Illud habet vetulus melius, quã pulchra iuuetus,

Quodd iam possedit quæ cupit ista sibi.

Ille diu vixit, iuuenis sed viuere multum

Expetit, atque annos optat habere senis.

Parce diu dicas, nunquam durare videtur,

Extremũ quod habet, perpetuoque fluit.

Nõ remanet quidquã, nisi quod virtute paratur:

Durant perpetuo parta timore Dei.

Omnia prætereñt, fugit hora, & mēsis & annus,

Prætereuntq; dies more fluentis aquæ.

Nõ vetuli exoptent longam producere vitam,

Temporis id viuant, quod sua fata volunt

Viuere contentus debes, si tempora viuas,

Qualia viuendi fata dedere tibi.

Nam benè si peragas ætatis tempus & annos,

Longior est ætas, sit licet illa breuis.

Optimus est vitæ finis, quando integra floret

Mens, & recta fides, robore plena pio.

Tempora si vitæ procedant longius, esto

Fortis, & effugiat pectore cura tuos:

Non est,
diu in vi-
ta.

Apostro-
phe.

LIBER

Conqueritur pastor, quod ver
 transeat. *Indolet & queritur pastor, quod tempora veris
 Tansierint, & stas igne vireta cremet:
 Pestifer autumnus, morbis alimenta ministrat,
 Frigidus & siccus marcida rura facit:
 Vere quidem flores, & constans temporis ordo
 Pastoris fessi tædia magna leuant:
 Lata dies iuuenum, placidoque simillima veri
 Gaudet, & effrenis quæ placuere facit.
 Tædia multa parit senibus longaeva senectus,
 Hos necat, his parcit mors ratione carens.
 Quid prodest vetulo centum si compleat annos,
 Aut si sexcentos, nil (mibi crede) iuuat.
 Ultima si veniat vitæ, quam viximus, hora,
 Tunc vixisse senes, tunc obiisse ferunt.
 Longa licet fuerit senibus, quæ præterit ætas,
 Id nihil esse ferunt, id nihil esse gemunt.
 Se vixisse parum, solum gustasse fatetur
 Tempora quæ vixit longa senectæ refert,
 Cum postrema dies mortalibus imminet, omnes
 Quæ titubant, quantus pallor in ore sedet.
 Nulla quidem poterunt solari tædia vitæ,
 Succedant quanuis dextera cuncta tibi.*

Quid seni
 bus conie
 niat.

*Sola senecta gemit, lachrymasq; effudit amaras,
Sola dolet, solam tristia fata premunt.*

Hos animæ motus, mortis vestigia gignunt,

Atque animus læsus conscius ipse sui.

Ad vetulum spectat cælestia numina diuum

Exorare, Dei iussaque mente sequi.

Omnibus extremum est, sunt certi denique fines,

Quod liquidò mostrât, quæ fata nuper erât.

Molliter hoc senibus, recta est hoc mète ferendû,

Ne malè naturæ debita iura negent.

Naturæ eversor dicetur, more gigantum,

Qui negat ex animo iussa colenda Dei.

Conqueritur vetulus, careat quod fructibus illis Querimo-

Quos habeât iuuenes, nec lachrymare iuuet. nia senum.

Cur lachrymas fundât, respõdet, plurima necit,

Quæ moueant animû, phasis acerba tuum,

Contemptus viuat, miserû nõ plaucibus vllis

Excipiat populus, nec peragenda roget:

Nullus in vrbe fauor, nulli mandentur honores,

Solus & in syluis abdita lustra colat.

Sit vetulus claudus, iaceat vel fortè sepultus,

Consilio ciues nè vè iuuare queat:

Nee

LIBER

Nec roget ex populo quisquã, sit vita superstes,
An pereat vetulus, vel sit in vrbe miser.

Hoc tamen accusat nulla ratione senectus,
Est sua cuique sua sollicitudo rei.

Offendit vetulos etas cum viribus obsit,
Viribus absumptis vita caduca manet.

Tu videas multos leni moderamine ferre
Aetatem longam, vitaque longa placet.

Si tamen adueniant venturae nuntia mortis,
Sunt animo forti, se patienter habent.

Moribus hoc debent, qui sunt patienter in omnẽ
Euentum positi, nè vè timere volunt.

Moribus obscãnis iuuenis si transigit auum,
Flebit, longauas imbre rigante genas.

Qui bona dispersit iuuenis moderamine nullo,
Defleat, & viuat tempus in omne miser.

Si vetuli sapiant, longæ fastidia vitæ
Mente ferent æqua, vitaque dulcis erit.

Tædia quæ mores pariunt, longæua senectus
Non parit, etatem cur tua lingua ferit?

Cur nocitura seni, qui vitam duxit honestam,
Tædia crediderim crimine parta senis?

Consultit
senectuti.

Qui

Qui vitijs cum maculavit turpiter actum,
Se fleat, ætatem nè maculare velit.

Moribus obscænis vetulus pollutus, amare
Lugeat, ærumnas sustineatque suas.

Culpandi mores, non autem longa senectus:
Incusa mores, desine (quæso) senem.

Humani, facilesque senes extendere vitam
Contendant, alijs longa senectæ nocet.

Diuitiæ, dicunt multi, populi que fauores
Molliter efficiunt, tædia ferre senem:

Opprimit, at dices, senium neglecta senectus,
Duraque paupertas: nemo negare potest.

Contigit id certè senibus, qui dulcia vitæ
Exponunt veneris tempora delicijs.

Ebrietas quos cæca tenet, quos luxus amarus,
Quos malè moratos publica fama notat.

Atqui cordati sunt, & virtutibus aucti,
Omnia contemnunt, nec nocet illud eis.

Cui comes est virtus, nec se se crimine fadat,
Tansigit is senium, mitius omne suum.

Quid fuerit virtus, paucis aduerte docebo, Quid sit
Hæc fugienda tibi, quæue sequenda monet. virtus

Virtus

LIBER

*Virtus est vitium fugere, & sapientia prima,
 Donum quippe Dei, gratia lapsa polo.
 Affectus animi constans, quæ nomine solum
 Noscitur, aet animo rarius esse solet.
 Edocet hæc callem, quo quis conscendere cælum,
 Possit, & in terris nomen habere bonum.
 Sanum monstrat iter, clarè manifestat iniquum,
 Dirigit in rectum quod videt esse malum.
 Grande animo molitur opus, petit alta tonantis
 Atria, præ superis cuncta caduca putat.
 Ingens campus adest, per quem diffundere posse
 Inclita virtutis facta sequenda solo.
 Sed vetat id ratio, teneor narrare senectæ
 Commoda, nè miserum se putet esse senex.
 Qui memor antiquæ vitæ, qua singula rectè
 Transigit, fuerit, viuere lætus erit:
 Qui tamen indignis submersus moribus atram
 Percurrit vitam, luget amara senex.
 Qui Curium credit, miseram duxisse senectam,
 Is velut insanus despiciendus erit.
 Nos sumus (heu) miseri, senium qui turpiter actū
 Gessimus, & nobis lubrica vita fuit.*

Curius 16
 p. 215 nō
 fuit mi.
 45.

*Gorgias centum & septē cum vixerit annos,
Non queritur terras incoluisse diu.*

Sanctius hic vixit, non ausus ledere quenquam,

Leniter occubuit, non moriturus obit.

Nam qui felices longeuus præterit annos,

Quando caret vita, fama perennis erit.

Huius fama manet nunquam peritura, sed omnis

Posteritas eius nomen in astra feret.

Quod capimus vitium, miseri torquere solemus

In rugam, vitio sed tamē illa caret.

Qui senium accusat claris virtutibus altum,

Desipit, & cerebro iudicioque caret.

Est vt fortis equus spatio qui sæpe supremo

Victor abit vetulus, quē sua vita probat.

Sordida paupertas senio coniuncta laborat

Lethali morbo, quem medicina fugit.

Ennius ambobus pressus gaudere solebat,

(Nec mirum) insignis vita leuabat onus.

Gorgias se-
nio confe-
ctus non
fuit miser

Compara-
tur sene-
ctus equo
benè curre-
ti.

Ennius nō
fuit miser
ob longā
senectutē.

Finis libri tertius.

LIBER QUARTVS.

Laudatur
vetulus.



*Residet in cunctis quæ sunt ratione
gerenda
Consilio vetulus, iudicioque gra-
uis.*

*In tutum portum, qui scit traducere nauem,
Ille gubernator nauis habendus erit.
Viribus, aut cursu celeri res magna gerenda
Non erit, ast animo nobilitatur opus.
Consilium, virtus, ratio si cuncta gubernent,
Pax erit in terris, paceque crescet amor.
Possidet hæc vetulus, senium res publica poscit,
Cuius consilio publica res valeat.
Non quencunque senem Romana potētia poscit,
Sed vetulum, cuius mens ratione valet:
Si senibus careant vrbes, nullisque senatus
Sit senibus septus, perditur vrbis honor.
Aspicias vt senibus venerandus in vrbe senatus
Constat, Et vt vetuli publica scepra tenent.
Funditus euersos iuuenum moderamine ciues,
Sapius emendat prouida cura senum.*

Iuueniles
errores e-
mendat se-
nectus.

Eripit

Eripit è domibus natas insana iuuentus,
 Sedula quas seruat sollicitudo senum.
 Crimina committit violenta mente iuuentus,
 Crimina præclara diluit arte senex.
 Excitat in populo iuuenilis turba querelas,
 Tranquillo tamen has mitigat ore senex.
 Florida nam pubes fallaces negligit hamos
 Mundi, sed vetulum fallere nemo potest.
 Nō tacet aut simulat quidquā temeraria pubes,
 Sed vetulus semper dissimulare solet.
 Præcep̄s in rebus cordata mente gerendis
 Est iuuenis, vitæ nec scit habere modum.
 In rebus vetulus summa grauitate gerendis,
 Est grauis, illius verbaque pondus habent.
 Antiqua grauitate senex maturior auro,
 Perquirat patriæ commoda multa sua.
 Immemores si fortè senes vocat vna iuuentus,
 Mendaces iuuenes vna senecta vocat.
 Nam si sæpe roges, quid longo tempore gestū est,
 Ordine narrabit, singula quæq; senex.
 Consilio vetulus præstans, aptare phalangas
 Nouit, & indomitis hostibus horror erit.

Adolescē-
 ti semper
 est ad libi-
 dinem pro-
 na.

Adolescen-
 tia caret ex-
 perimēto.
 Secretum
 nō est com-
 mittendū
 iuuenibus.

Senectus
 est utilis ad
 rempubli-
 cam.

Nouit

LIBER

*Nouit Belligeras acie componere turmas,
At iuuenis solum corporis arte valet.*

*Consilio prodesse solet bene sana senectus
Omnibus, at iuuenis quæ nocitura docet.*

*Horrendo sub Marte cadet qui corpore tantum
Bella gerens, spernit consiluisse senem.*

*Viribus innitens proprijs speciosa iuuentus,
In bello præcepta vertere terga solet.*

Laudat ve-
tulos.

*Qui negat in senibus sensum, pectusq; profundum,
Longius à vero tramite carpit iter.*

Compara-
tio.

*Ac si nanigio nautas prodesse negaret,
Ac si rideret splendida signa poli:*

*Ac si perturbans pacem, se offendere pacem
Deneget, & populo iuret adesse suo:*

*Ac si disturbans veteris connubia lecti,
Coniugium se se non violasse putet.*

*Ac si corrumpens leges, se lædere Regem
Deneget, & populos impia iura docet.*

*Ac si castrorum vigiles sub nocte silenti
Decipiens, castris damna dedisse neget:*

*Ac si consilium belli patefecerit hosti,
Ciuiibus idq; suis, deneget esse malum.*

Non tenera iuuenum res est ratione gerenda,
Sed senis ingenium, consiliumque petit.

Consilio vetuli crescit respublica, pubis

Perditur: emendat, quæ malè gesta, senex.

Senilis au-
toritas p-
dest reip.

Non igitur languet, sed fert operosa senectus,
Tædia, nam ciues mente iuuare solet.

Stat tamen opportuna malis longæua senectus,
Multaque succedunt plena labore seni.

Quin etiam sæuo premitur langore iuuentus,
Subditur innumeris beu miseranda malis.

Plurima fert atas, ob quæ deslere iuuenta
Posset, & imberbes imbre rigare genas.

Nam licet ingentes videat in corpore vires,
Pulchraquæ sit facies, est tamen ægra malis.

Plurima succedent quæ læta fronte senectus
Excipiat, rarò sed tamen illa videt.

Non tamen hæc possunt animû mutare senectæ,
Nam lassata malis gaudia nulla capit.

Mollia dura vocat, dulcissima credit amara,
Vicinum mortis tempus abesse putat.

Si dolor adueniat, compungit longius omnes
Viuentes, durant dulcia quæque minus.

D Hoc

Dolor &
voluptas
inuicẽ ce-
dunt, sed
breuior vo-
luptas. Se-
ne. in trag.

LIBER

Hoc quoque per sentit grauius lassata senectus,
Tædia quod pariat plurima sæpe suis.

Hoc grauius vetulum affligit, quod sarcina proli
Sit grauis, absumatque æra parata suis.

Apostro-
phe.

Est aliud tibi, quod corpus consumit & omnes
Eneruat vires longa senectæ tuas:

Non plus quam tauri, vires perquire iuuentæ,
Singula succedant ordine certa suo.

Si natura suis utatur legibus vltro,
Quod decet, id faciet, perficietque potens.

Magna equidem fessæ dementia magna senectæ,
Si penitus robur, quod fuit antè velit.

Omnia longinquo decrescunt tempore: namque
Marcida quæ cernis, florida nuper erant.

Omnia consumit tempus, breuis hora superbū
Diruit imperium Dardana Roma tuum.

Quæ modò pulchra fuit, facies inarata videtur
Rugis: pure madent lumina clara prius.

Quæ prius assueta est forma irretire iuuentam
Ora tegit, cera pallidiora noua.

Nam manet exanguis, spoliataque sanguine friget
Deficit & rubens qui fuit ante color.

Qui potuit pedibus montes conscendere sursum,
 Debilitata senex crura mouere nequit.

Qui potuit nuper validum superare leonem,
 Impavidus, leporem nunc metuit pavidus.

Est nihil in terris constans, durable nil est,
 Et varias quisquis fertque refertque vices.

Desine mirari, si vires ante gigantum,
 Debilitet celeri quæ fluit hora gradu.

Temporis innumeros motus malè sana senectus
 Respicit, implacido singula corde premens:

Singula iudicio voluens, cordata senectus,
 Fortunæ instabiles ridet vbiq; vices.

Condolet indè senex, quod sit vitiosa loquella,
 Proferat incultū, linguaque blæsa sonum:

Præterea queritur quod sit sine dētib; & quòd
 Vix blæso nomen proferat ore suum.

Hoc tamen indignè, cū sermo comptus & aptus
 Emissus placido leniat ore viros.

Nestor erat blæsus, sermo sed dulcis ab ore
 Fluxit, lætitiæ Græcia causa tuæ.

Si vox deficiat, iuuenes docuisse licebit,
 Qui referant animū docta senectæ tuum.

Nestoris
 suauitas.

LIBER

Qua res commodior fuerit, quàm longa senectus,

Quæ studio iuuenum septa, labore caret?

Quid? quod cum doceat iuuenes, & mulceat, oēs

Continet officio, cogit & esse pios.

Res præclara seni est, cunctos iuuenesq; virosq;

Ipsius imperium, iussaque sponte sequi.

Fortunatus erit vetulus, cui talia viuo

Contingunt, cuius fama perennis erit.

Apostro-
phe.

Si tibi deficiant vires, virtusque, iuuentus

Fac obeat munus, te moriente, tuum.

Sic etenim poteris, populo præstare fauorem,

Qui tibi pro meritis annua sacra dabit.

Si iuuenum vitis vetulus corruptus, ineptas

Accuset vires, culpa senilis erit.

Nam Venere & Baccho qui mēbra senilia soluit

Culpa senectutis non erit vlla suæ.

Hunc igitur meritò perdet Regnator Olympi,

Amisit quandò dona pudicitia.

Sunt pleriq; tamen vetuli, quos ægra senectus

Reddidit haud teneros, vis tamen aucta fui

Cyrus
Rex.

Hæc Cyrus docuit moriens, & viuus agendo,

Cyrus Rex sapiens, Martis & arte potens

Co

Consulis officium gessit pius vrbe Metellus,
 Claraq; pontificis munia nactus obit:

Consilio iuuat populos, & viribus hostes

Fortiter inuasit: gens inimica fugit:

Imperium late auxit, leta fronte senectam
 Sustinuit longam, munera tanta gerens.

Ciuiibus innocuus non optat habere iuuentæ
 Vires, sed vetulo longa senectæ placet.

Commodus hic patriæ, plebi, patribusq; seueris,
 Ciuiibus officio se iuuat esse patrem:

Se benè transactæ vitæ iactabat honore,
 A Etatemq; Cato sustulit ore suo.

Ille urbem seruat, multis quæ cladibus olim
 Obruta iam fuerat, consilioq; iuuat.

Diuitias spernit, meritos non ambit honores,
 Hæc placuit Romæ longa senectæ senis.

Dicere de se non puduit, quia longa senectus
 Hoc habet, vt laudes efferat ore suas:

Illæ etenim proprijs merito se laudibus ornat,
 At iuuenum proprium sordet in ore decus.

Se senium laudare potest, quia longior ætas
 Ius habet, vt laudes prouebat ore suas.

Cato:

Senis cō-
 mēdatio
 de se.

Laus in
 proprio
 ore sorde-
 scit.

LIBER

Libertas se
nilis in lo-
quendo.

*Libertatis habet multum maturior aetas,
Quod placet, id loquitur: quod libet, illud agit.
Est permissa graui, doctus testatur Homerus,
Libertas fandi quæ placere seni.*

*Nestoris ex lingua defluxit dulcior omni
Nestare dulcedo, consiliumque sacrum.
Nestoris ob luctum iacuit Troiana iuuentus:
Nestoris ingenio diruta Troia fuit.*

Nestoris
laus. *Exhibuit tamen hoc Nestor non viribus vnquã
Corporis, ast animo vis generosa fuit.*

*Nestoris arbitrio commissa est ardua belli
Cura, ruit præceptis hoc duce saeva manus.*

*Nestoris inualidas iures dux optat Achiuus,
Ernat vt muros Martia Troia tuos.*

*Tales quippe senes dux exoptabat in armis,
A fundo vt rueret pergama lata Phrygii.*

*Vir Cato cum placidos, & multos vixerit annos,
Auxilio Romæ, presidioq; fuit.*

*Præfuit ingenio rebus grauitate gerendis,
Imperiumque auxit, Roma superba tuum.*

*In bello ductor sapiens, in pace senator
Integer, exuuias victor ab hoste tulit.*

Viri-

*Viribus adiuuit multos, & pace togatus,
 Magnifici coluit publica rostra fori.
 Huius consilio semper Respublica creuit,
 Dum miles, dum dux, dumq; senator erat.
 Admissos lata suscepit fronte propinquos,
 Nulli non tribuit munera larga viro.
 Frœnauit iuuenum leni sermone furorem,
 Correxuit mores, inclita Roma, tuos.
 Hospitibus sua iura dedit, sua munera egeno
 Donauit, uiduas sæpè leuauit ope.
 Aduersas populo gentes superasse Quirino
 Fertur, & imperij supposuisse iugo.
 Neglexit fundos, vrbis neglexit honores:
 Pro patria diues noluit esse sua.
 Offendit nullum placidus, nulli vè dolendū
 Causa fuit, Latix gloria rara plaga.
 Commoda quæ poterant Romæ prodesse, libenter
 Querebat, quanuis dilapidaret opes.
 Hæc erat ingenui constantia magna Catonis
 Iam vetuli, insignis qui probitate fuit.
 Sexcentos alios memorem, quos longior ætas
 Extulit, & patriæ consuluere suæ.*

LIBER

*Aetas deprimi-
 mit igna-
 uos, nō au-
 tē insignes
 viros.
 Pōtius quis
 fuerit.
 Milo.*

*Insignes virtute viros non deprimi-
 tas:
 Ignauos tantum despicit illa senes.
 Pontius Herculeas vires & robur habebat,
 Non ideo potuit nobilitate frui.
 Robustus Milo percurrit iugera centum,
 Atque bumeris fertur sustinuisse bouem.
 Ast animi vires malo, quam robur habere
 Milonis, corpus mens superare solet.
 Corporis ergo tui contentus viribus esto,
 Nè tamen inquiras id, quod habere nequis.
 Si vires pueri quæras in flore iuuentæ,
 Aut iuuenis vires longa senectæ petat:
 Res erit indigna optatu, & quæ prorsus in auras
 Iactetur tennes, totaque plena ioco.
 Quis nam erit insanus, qui tota mente requirat
 Præteritam vitam, nec velit esse senex?
 Quis nè adeò malè sanus erit, qui pectore toto
 Præteritam vitam, posse redire putet?
 Rex Masinissa senex centū compleuerat annos,
 Integer, & valido robore fortis erat:
 Ergo solus equum, nulloque iuuante subibat,
 Sæpe suis pedibus conficiebat iter.*

*P. egis Masi-
 nissæ lōga
 senectus.*

Non famulos, gentemq; suam lassare solebat,
 Descendebat equo, solus adibat iter:
 Non caput auricommo velabat tegmine, quanuis
 E cælo caderet plurimus imber aquæ.
 Consilio ciues, placida ac ratione regebat,
 Aere suo cunctis sæpe ferebat opem.
 Arma ferens humeris, vicinos terruit hostes,
 Impulit & domitos deseruisse locum:
 Excitat armatos iuuenes ad prælia, confert
 Bella suis manibus, primus & arma capit.
 Illud erit senium, quod tu venerabere, quodque
 Ante oculos habeas, quodque sequare diu.
 Nam vetulum cuius mores, & vita nefanda est
 Effuge, nam sensu est consilioque puer.
 Appius insignis Romanus rexerat olim
 Natos iam vetulus, luminibusque carens:
 Ingentem, lautamque domũ, multosq; clientes
 Rexit, at ingenuo debile corpus erat.
 Arboribus campos solus plantabat, & omnes
 Vomere iam domitos sæpe colebat agros:
 Integer hic nunquam voluit succumbere longæ
 Aetati, fecit singula, mente potens.

Appius cæ-
 cus vir in-
 clytus in
 senectute.

LIBER

Consilium
datur seni.

Appius cæ
cus.

Hoc tibi consilium dabitur defessa senectus,
 Effuge segnitiam, robore fortis eris.
 Proderat assiduo studio pius Appius olim
 Ciuibus, & patriæ sæpe ferebat opem:
 Cæcus erat, priscis spoliatus viribus, alti
 Vi tamen ingenij rector in vrbe fuit.
 Hoc illi fuerat curæ componere pacem,
 Viuendique suis dogmata sancta dare:
 Viribus & mentis, natos, famulosq; clientesq;
 Incusare, manus vineta iuuenta dabat.
 Et grauitate senex iuuenes in pace tenebat,
 Subdebant omnes colla superba seni:
 Huius & imperio parebat Dardana pubes,
 Seruabat leges, & documenta senis:
 Mos patrius, doctrina suis legesq; vigeant
 AEdibus, & sceleri non locus ullus erat:
 Luminibus quanquã captus traſt auit habenas,
 Rexit & imperium, Romule magne tuum.
 Quæ grauitate valet, famulis dominatur, & oôs
 Continet officio clara senectæ suo.

¶ Finis libri Quarti.

LIBER

Laudatur senium, & senectutis com-
moda repetuntur.



*N*signi virtute seni quis detrabet vn-
quam?

*Aut quis non vetuli tempora cana
probet?*

Hæc vetuli probitas claro fungatur honore,

Regibus assideat, consilioque iuuet.

Nè vetuli prohibet legum veneranda potestas,

Munere fungatur, quòd graue portet onus:

Et quanuis nullis sit legibus arcta senectus,

Arctatur tamen, vt quòd docet, id peragat.

Impositum munus peragit cum laude: iuuentus

At peragit dignum laude superba nihil.

Præterea senium patitur dispendia multa,

Ob patriam, quærit commoda nulla sibi.

Ne vetulum culpes, vexet si morbus acerbus,

Sentiat & vires obriguisse graues.

Si videas tussire senem, nè verte senectæ

Id vitio, eueniunt ista volente Deo.

Hæc

LIBER

Hæc etiã in reliquis morbis tibi norma tenenda est,

Quod superis placuit, spontè tulisse decet.

Si placeat superis, peste incendantur ut vrbes,

Quale tibi vitium, quale vè crimen erit?

Si nocuit morbus, vitium nocuisse putandū est,

Non ætas vetulo, sed nocet ægra salus.

Plurima si comedis, vino si proluis aluum,

Quis fuit hic demens, quis fuit ille nocēs?

Scipio cum aduerso contraxit sydere morbum

A patribus tractum, quid nocuisse putas?

Cur nautæ dabitur crimen, qui nauigat æquor,

Si flatus vehemens naufragia vela facit?

Cur vitio dabitur puero truculenta patrasse

Crimina, si sensu, iudicioque caret?

Cur nota causidicis dabitur, cum iudicis ira

Astræ violat iura tremenda Deæ.

Cur iunenē culpes proprij si iussa parentis

Exequitur, pœna non caritura graui?

Et quorsum vetulum carpas si longior ætas,

Tot lassata malis gaudia nulla petat?

Numina cur diuūm obiurges, si frugibus almos

Indignata Ceres non cumulauit agros?

Cum

*Cum superi sapiant, quæ sint tibi cōmoda, quidq;
Conueniens, rebus quid nocuisse tuis.*

*Corporis humani nos sarcina dura fatigat,
In præceptsq; animus carne prementer uit.*

*Mens ergo insipiens per tot discrima rerum,
Pellitur in varios tracta retracta modos.*

*Cur tu miraris iuuenes captare puellas,
Subdola quæ figunt lumina in ora virum?*

*Nescio cur iuuenem clari sectentur honores,
Cuius in obscæno non sedet ore pudor?*

*Nescio cur culpes venerandi iudicis iram,
Regia quem læsit mens agitata dolis?*

*Ne mirère senes, si morbus corripit vllos,
Non etenim sanguis frigida membra fouet.*

*Florentes iuuenes, multoque calore refertos,
Sæpius inuadit nam truculenta lues.*

*Ne cadat in morbum vetulus, præscribitur illi
Hæc ratio victus, qua sine morbus erit.*

*Viribus imbellis cum sit defessa senectus,
Incidit in morbum, sollicitata malis.*

*Ergo salutiferos assumat tempore victus,
Ne rapiat miserum mors inopina senem.*

Describitur ratio viuendi senibus conueniens.

Sunt

LIBER

*Sunt labor, & potus, somnus, sunt deniq; victus,
Ledere quæ possunt, est inimica Venus.*

*Omnia quæ refero, si sint moderamine facta,
Augebunt vires, at secus aucta nocent.*

*Si non subuenias animo, si leniter illum
Non acuas, animus desidiosus erit.*

*Exercere animum, qui iam rubigine sordet,
Est opus: at tersus commodiora sapit.*

Cōparatio *Mens quoque dumosa, & ratio non culta peribit,
Desidia torpens, aucta labore viget.*

*At labor immodicus vires prosternit, & auget,
Si moderatus erit: nam moderata iuuant:*

**Compa-
ratio.** *Si instillis oleum, durat renouata lucerna,
Hoc remoue, extinctam lampada prospicies.*

*Si tamen infundas, plusquam candela requirit,
Obruitur lumen, clara lucerna tuum.*

*Corpora si inspicias, nimio torpore grauantur:
Nam capiunt vitium, ni moueantur aquæ.*

*Mens agitata valet complens sua munia recte,
Si tamen obdormit, lumine tota caret.*

*Corpore si migret, non iam remeabit ad auras
Quas bibimus, scandens alta theatra poli.*

*Semper (vera canam) iusto moderamine facta
Adiuuere, nocet quod superesse vides.*

*Eucrata temperies moderato iuncta labori,
Humano generi sæcula longa dabit.*

*Nam labor immodicus corpus cõsumit, & oēs
Eneruat vires, siccaque membra facit.*

*Si siccum fuerit corpus, non longior artus
Febris edet, tabes præcipitata venit.*

*Immodica in victu ratio mortalibus ægris
Debilitat vires, debilitatque animum :*

*Enecat ægrotos, & tollit gaudia vitæ,
Impedit & risum, somnia nigra parit:*

*Congressus faciles tollit, tenebrasque requirit,
Quod delectabat iam putat esse graue.*

*Hæc duo conueniunt vetulo, sufferre laborem
Qui iuuet, & nimis abstinuisse cibis.*

*Nam quæcunq; modum seruât, quis nescit in orbe,
Fortunæ varios, non timuisse iocos.*

*si fuerint vires moderatæ, & quisque laboret
Ut decet, Herculeum robur habere potest.*

*Non putat esse senem medicus, sed robur habere,
Integra cui virtus, iudiciumque viget.*

In tēperies
praua quæ
mala pa-
riat.

Vetuloque
cõueniât.

LIBER

*Exornant animum præstantes pectore mores,
Corpora sic iusto robore firma manent.*

*Si serues igitur quæ sunt moderata, repelles
Et morbum, & mæstam corpore segnitie.*

Cæcilius
Romanus.

*Non metuit Latius stultam appellare senectam
Cæcilius, quoniam mens labefacta senû est:*

*Iudicat insanum vetulum, quem credere cunctis
Ex facili constat, quemque habetudo tenet:*

*Hunc vocat oblitum, nec non ætate caducum,
Fallacem vocitat, cum sua verba negat.*

*Fallitur ille tamen, cum sit distinctio nulla
In sermone eius, nec bene verba sonent.*

*Somniculosa tenet nec non ignaua senectus
Hoc vitium, reliqui commoditate valent.*

*Crimina si in iuuenû, mentem conuertere velles,
Cernes quàm multos sæua cupido trahat.*

*In miseris senibus minimas tu cernis aristas,
Dissimulant cuncti sed iuuenile nefas.*

*Auxilium præstare seni, cum deneget ultro
Fortuna, & faueat læta iuuenta tibi:*

*Sic fatur vetulus, verbisque immittit habenas,
Ex animo supplex numina sancta rogans.*

O pa-

O pater omnipotens, si quid prodesse propinquis
Ciuibus & patriæ, mens mea sana potest:

Cur ego dilaceror? cur tot me crimina lædunt?

Cur ergo contemnor? cur mihi turba nocet?

Quas ego dimisso fundo de pectore voces,

Tu pater exaudi, me tua dextra iuuet:

Si prodesse queo, nec desit corpore virtus,

Si mea mens valido corpore viuit adhuc:

Cur miser adfligor, læto me respice vultu,

Suscipe clamores, quos ego fundo senex.

Te pater exoro, si quæ tibi cura senectæ,

Ad vetuli lachrymas lumina flecte tua.

Viribus imbellis, deiectus, luminis expers,

Aeger, & insipiens numen adoro tuum.

Cum Deus alme tuum nescit mea lingua fauorẽ,

Horresco, & subitò, membra vigore carèt.

Deprecor, hoc corpus, quod vermib' esca futurũ

Exuat hanc animã, meq; dolore leua. (est,

Exul, inops animus nescit consistere terris,

Atque adeò cali tectã subire cupit.

Ergo parens rerum famulares accipe questus,

Accipe quas fundo corde gemente preces:

LIBER

Te cælum, superique omnes, te numina cuncta
 Laudibus extollunt, te reuerenter amant:
 Percipe verba Deus, tuque aures arrige, nostrum
 Excute peccatum continuò ossa grauens:
 Perpetuò infontem vetulum seruare memento,
 Suscipe me seruum, crimina terge mea:
 Indignos pietate tua non respicis vnquam,
 Crimine si pergant te violare Deus.
 Antè oculos Domini stabunt, quos viuere rectè
 Inspicis, iniustos conteret ira tua.
 Qui seruat præcepta tua, & tibi proximò hæret,
 Protinus hic cæli regna suprema colet.
 Incensus qui verè ardet pietatis amore,
 Acthæreos sperat posse tenere lares:
 Respicis ægrotos, sanas & vulnera, natos
 Infontes seruas, si tua festa colunt:
 Inuia claustra maris tu nobis peruia reddis,
 Ex saxo fontes & tua virga facit:
 Per loca deserta, & populis incognita quondã,
 Duxisti Isacidum millia multa virum:
 Tardus equis Titan tardas laxauit babenas,
 Sterneret vt populus barbara regna tuus.

Namq;

Nanque tibi paret tellus, mare, nubila, cælum,
Luna tuo iussu fert refertque vices:

Percipe vota Deus, clamores suscipe nostros,
Contere quos cernis perdere velle senem:

Vt quondam tua dextra dedit tot pectora letho,
Pectora terrificis asperiora feris:

Subsannans igitur populus tua numina ridet:
Dic vbi, ait, sapiens est Deus ille tuus?

Humida ego reddam resolutis imbribus ora,
Dum gens infamis talia verba sonat:

Has vetulus fundit voces, hominumque fauorem
Inuocat, at topbos dixeris esse rudes:

Pergit in orando, lachrymas dispergit amaras,
Quæ moueant superi numina sancta poli:

Captiuus olim populis in margine Nili,
Præbuit auxilium dextera larga tua:

Iussus erat Pharao sacros dimittere fratres,
Noluit infelix in sua fata ruens:

Tu tamen omnipotens Rector mortalia corda
Induras, pateat nomen vt orbe tuum.

Asportans fugit gens chara monilia secum,
A phario populo dona petita dolo:

LIBER

*Immersit Phariam sobolē tua dextra sub undis,
 Isaceos voluit, quæ retinere viros:
 Nubibus & populum medio prætexit in æstu,
 Nocteq; monstravit flamma ministra viâ:
 Armatos fudiſti hostes, qui perdere gentem
 Fælicem optabant, terga dedere fuge:
 Neu populum premerēt, quē tu seruare volebas,
 Et quibus ex voto munera magna dabas:
 Gentibus arua tuis tribuebas lata per vrbes,
 Almaq; ditabat frugibus arua Ceres:
 Lac niueum, fructusq; ingens, & copia mellis,
 Nutribat populū, copia larga meri:
 Omnia perpetuò voluisti conditor orbis,
 Huic misera genti grata alimenta dare:
 Gens ingrata tibi sentit iam tristia fata,
 Quæ benè promeruit cum neget esse Deū:
 Nam negat æternā prolem, quam misit in orbē,
 Orbis nè rueret, dextra benigna Dei.
 Contemnit tormenta Dei, quæ filius hausit,
 Vt cæli nobis peruia regna forent:
 Contemnit clauos, cædemq;, ac vulnera quinq;
 Quæis Deus omnipotēs crimina nostra luit:*

Spiritu & aethereum, què quòdam misit in orbè,

Vt pacem in populos spargeret, ore negat:

Denegat & sanctos qui Christi nomine, pœnas

○ Sustinuere graues, quos tenet aula poli:

Denegat humanã carnẽ, quã Christus inunctus

Induit, vt cunctis crimina tecta forent:

Immo etiam Christum (deuicta morte) sub auras

Surrexisset hominẽ, gens Pharisæa negat:

Cumque fide careat (Basis est hæc prima salutis)

Munera non possunt vlla placere Deo:

Non malè sanguineis corpus lacerasse flagellis,

Non sua pauperibus dona dedisse viris:

Non etiam auratas posuisse in littore sedes,

Templaque magnificis nobilitata notis:

Gens igitur malè sana, Deus, quam protulit ore

Contemnit legem, Mosaicamq; probat:

Cæca venenatos obseruat perfida ritus,

Pectore quos semper maluit esse suo:

Immemor est Christi, cæli qui gaudia pandit,

Dum cruce suspensus fata suprema subit:

Infelix pereat populus, qui regia cæli

Atria contemnens, Regna Charontis amat.

LIBER

Has igitur lachrymans effudit pectore voces,
 Defigens cælo lumina mæsta senex.
 Ne sua displiceant (metuit) pia vota parenti,
 Immo ait, est nobis maior habenda fides.
 En Christum aspicio letho sua brachia dantem,
 Pensantemq; suis crimina nostra plagis.
 Gratia summa Dei lachrymis placata, senectæ
 Parcit, & absoluit crimina facta seni.
 Imperat, ut viuant sincero pectore cuncti,
 Utq; que animo puro dogmata sancta colant.
 Quando animo voluo, pereant ut cuncta repete,
 Mortales quantus verset in orbe labor:
 Vitaq; quàm multis, sit mixta laboribus, utq;
 Hora superueniat nulla quieta seni:
 Dedignor prorsus mortalibac vescier aura,
 Et superos inter mens habitare cupit.
 Omnia quæ terris consistunt, omnia fraude
 Plena vides, nullus restat in orbe pudor,
 Excedens terris abiit super æthera virtus,
 Humano virtus, heu malè pressa solo.
 Impietas tantum regnat, cõmixta periclis
 Omnia turbantur, regnat in orbe nefas.

*Fœdera rumpuntur, non hospes ab hospite tutus,
 Non pater à natis, non socer à genero:
 Crimina committit coniux inimica marito,
 Vxor in alterius strata nefanda ruit.
 Coniugum quod summa Patris reuerentia firmat,
 Respuit, & vetiti flagrat amore thori.
 Non contenta malo, quod gesserat, ense maritum
 Enecat incautum, & fugit ab vrbe procul.
 Præmia sunt veneris turpis, sed lubrica: gaude
 Fœmina si turpis sit tibi iuncta thoro.
 Alter in alterius nuptam desigit ocellos,
 Et vetitos tentat sollicitare thoros.
 Morste certa manet, dispendia, vulnera, luctus,
 Qui petis alterius coniugis, arte thorum.
 Causidicus nullo faciatus munere, vendit
 Iustitiam, vendit iura sacrata reis.
 Pestifer ingreditur deserta per inuia latro,
 Et vitam innocuis, & rapit æra viris.
 Alter at antiqui verbis confisus amici,
 Ceditur incautus, cædis & autor abit.
 Omnia turbantur, franguntur iura, profani
 Insultant rectis qui coluere fidem:*

LIBER

*Iam pietas, iam prisca fides super astra volarūt,
Impietas cunctis dat sua iura locis.*

*Torquentur miseri, qui recta mente sequuntur
Iussa Dei, terras impia turba colit.*

*Qui meruere graues (commisso crimine) pœnas,
His pro supplicio gloria rara datur.*

*At Deus offensus miseris alimenta negabit,
Sæuius & merito sæuiet in populos.*

*Ille tamen domitus, grauiora pericula credens
Impendere sibi, desinet esse reus.*

*Præteritos vitæ calles oblitus, amabit
Iustitiam, mores concipietque pios,*

*Quãtò ego plus viuo, tanto magis æthera pulso,
Et crebris votis numina sancta precor?*

*Sit mihi per diuos licitum, deducere vitam
Ex voto, liceat vela secunda dare:*

*Puppis enim obruitur, violento flamine pulsa:
Blandior at flatus vela secunda facit.*

*Leniter optanda est (ille inquit) vita quieta,
Fluctibus in multis obruta puppis erit.*

*Plebis at in medio decurrens vita, niuale
Transseat hoc æuū, quod velut vmbra fugit,
Plebi*

*Plebi etenim abiecta requies secura refulget,
At tamen elatos fors miseranda manet.*

*Non timet iratos violento turbine flatus,
Parua domus, nutant at tamen alta iuga.*

*Icarus ille puer, superum dum affectat Olympū,
Corruit, & liquidis nomina fecit aquis.*

*Qui seruare modum nescit, nec ponere, lusus
Fortunæ caueat, quæ solet esse fugax.*

• Finis libri Quinti. •



LIBER SEXTVS.

Fortunam vetulus videat cum saepe
 iocantem,
 Quæ constans vno nesciat esse loco:
 Mobilis vt multos, multis concedat honores,
 Nuper in obscuro qui iacere loco:
 Vt qui pauper erat, fructus acquirat opimos,
 Vt qui diues erat, perdat egenus opes:
 Deniq; conspiciens animo, secumq; volutans,
 Fortuna euentus, talia voce refert.

Querim^c-
 nia senis.

In miseris quid tanta tibi concessa potestas
 Est fortuna senes? quid meruere senes?
 Forsitan ingrato vexatus senoris vsu,
 Talia iactabat pectore verba fremens:
 Cur viridem præfers senio fortuna iuuentam,
 Cur placuit miserum deseruisse senem?
 Est ratio, sensus virtus in pectore longæ
 Aetatis, floret consiliumque graue:
 Rara fuit quondam capitis reuerentia cani,
 Et magno in pretio curua senecta fuit.
 Cum vetulos habuit patres, tunc curia dicta est,
 Nomen & à senibus mite senatus habet.

Auderet

*Auderet senibus coram quis dicere verbum?
 Censuram attutum docta senecta dabat.
 Tunc scelus infandum, tunc execrabile crimen,
 Si iuuenis vetulo non daret æde locum.
 Hoc etiam pergrande nefas, & morte piandum,
 Nolle sacro iuuenem assurgere sponte seni.
 Hic quanuis fuerit pauper: licet horrea farre
 Illi plena domi, gazaque Cresse tua:
 Tam venerabile erat, præcedere quatuor annis,
 Surgeret vt iuueni qui minor alter erat.
 At nunc cur fas est fortuna auertere iura
 Nature, & iuuenem præposuisse seni.
 Nam senibus parere decet, pro iure minores,
 Ni tamen antiquum ius violare velint.
 Proh dolor inualuit terris, quod vbique iuuetus
 Despiciat grauium facta verenda patrum.
 Inualuit terris, æri quòd dentur honores,
 Diues honore furit, pauper honore caret.
 Degeneres mores suscepit adulta iuuentus,
 Sic tenet aduerso flumine cymba viam.
 Ad littus remeat nauis petitura sycambros,
 Et redit ad littus, qui fugiebat, Acus.*

Regna

Acus pif-
 cis mati-
 nus.

LIBER

Regna tibi, inconstans fortuna, potentia parent,
 Peruia sunt rapidis tecta superba notis.
 Qui nunc imperio Regis gaudebat honore,
 Imperio Regis, nudus honore gemit.
 Qui modo serus erat, domini modo nomē habere
 Cernis, & in seruos ius retinere suos.
 Quæ modo virgo fuit generoso nupta marito,
 Possidet infauſtum sola relicta thorum.
 Qui modo diues erat, nunc paupertate laborat,
 Qui pauper, seruat fulua talenta domi.
 Qui modo mēdicus, Regū modo tecta frequētat,
 Et terræ centum iugera diues habet.
 Qui modo tot natis vitam ducebat amœnam,
 Omnibus extinctis, solus in æde manet.
 Regis & imperio qui ius dicebat in vrbe,
 Priuatus ducit, tempora mœsta, dies.
 Priuatas inter sedes inglorius æuum
 Transigit, & noctu quæritat ore cibum,
 Qui genus, & proanos ortos à sanguine regum,
 Iactabat, rigidos vomere scindit agros.
 Omnibus in rebus certa est mutatio rerum,
 Perpetuum nihil est, omnia tempus edit.

Casibus his varijs turbatur longa senectus,

Atque adeò excelso robur ab orbe petit.

Multi etiam vetuli gaudent transisse iuuentã:

Non iuuenũ robur, nec coma flaua placet:

Non facies formosa iuuat, non pulchra iuuetus,

Nec miseri tempus, quod fuit ante, volunt:

Non color exornans faciem, non gratia formæ,

Non qui virginibus purpurat ora, rubor:

Non cernix protensa nimis, nec eburnea colla,

Non color in teneris purpureus labijs:

Non decus in vultu, non lumine lumina plena,

Non frõs distẽta, aut nectare lingua madẽs:

Nonue supercilium latum, nec cornea candens,

Nec dentes albi, tẽsa nec alba cutis:

Non dentes niuei, positi compagine certa,

Nõ decus in membris, nõ venerãdus honor:

Non digiti oblongi, pariter candore nitentes,

Non situs erectus, forma nec alta placet:

Hæc senium poterãt placidæ admonuisse iuuetæ,

Vt benè tornatos vellet habere pedes:

Prætereo venerem, reliquos & cordis honestos

Affectus, vetitos longa senectæ, tibi.

Indicia
pulchræ
iuuentu-
tis.

Quid

LIBER

Quid referā dētes iuuenū, quibus ora replētur,
 Queis tamē, beu miserū, mæsta senectā caret.

Omnia que refero, poterunt pupugisse senectā,
 Ut cupiat rursus, robur habere suum:

Cum tamen euoluit cordato pectore cuncta
 Anxius, & vitæ gaudia nulla videt:

Respicit & varios hominum casusq; vicesq;,
 Iurgia cum rixis, verba proterua, dolos:

Atque adeo vetulus longæua ætate quietus,
 Primæuos gaudet præterisse dies.

Effugit aggressus hominum, vitamq; requirit
 Aeternam, exoptans molliter ossa cubent.

Compa- Qui longum confecit iter, quo multa pericla
 ratio. Est passus, rursus non facit illud iter:

Qui semel est pelagi rabiem perpeffus & iram,
 Neptum instabiles horret adire domos:

Indomitæ vxoris passus connubia coniux,
 Coniugis alterius strata subire pauet:

Periculo- Ducere nam (prima defuncta vxore) secundā
 sum est bis tubere. Qui cupit, in dubio bis natat ille freto.

Compa- Nō redit ad pugnam, qui vulnere fossus acerbo,
 ratio. Carcere dimissus, carceris antra fugit.

Non

Non secus ac ceruus, qui retia tenta per agrös
Effugit, rursum retia adire timet.

Qui semel est captus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra subesse putat.

Plena quidem curis, plena est hæc vita labore,
Innumeris prorsus subdita vita malis.

Algebit calidus, quatietur frigidus æstu,
Acer languebit, languidus acer erit.

Perpetuam nihil in vita seruare quietem
Possesse scias, alter nam gemit, alter obit.

Qui modo ridebat, deflebit: diuitis æra
Pauper habet, diues postmodo factus inops.

Qui modò nudus erat, contectus vestibus, omnẽ
Exuet algorem, frigidus alter erit.

Fercula qui sumpsit morbum factura voranti,
Fercula vitabit quæ nocuere prius.

Qui loca conscendit dirum minitantia casum,
Cruraq; confregit, segnius alta subit.

Ille etiam cui per conuitia cuspide fixit
Pectus dura manus, iurgia nulla seret.

Omnia conspiciens vetulus, miserabitur omnes,
Quos cupidos vitæ cæca libido trahit.

LIBER

Inuocatio *Cunctorum ætates vetulo mihi Musa recense,
De ætati- Affectus animi nec tacuisse velis.
bus. Nam vetuli qui sunt, pueri, iuuenesq; fuerunt,
Ergo de cunctis tu mihi Musa refer.*

Ætas pu- *Est puer imbellis, puero sed adulta iuuentus
erilis. Firmior, & patiens tota laboris erit.
Grandior ast ætas retinet cum robore vires,
Iudicio pollet, consilioq; graui.
Est senior sed cruda tamen, viridisq; senectæ,
Decrepita est ætas, quæ miseranda ruit.*

Pueritia. *Prima vbi iam certo firmat vestigia gressu
Ætas, & certos exprimit ore sonos:
Protinus arguti saliant sub pectore motus,
Atque alius toto spiritus ore micat.
Non delectatur charta, rigido vè magistro,
Gaudia sunt puero, deliciaq; nuces:
Currere per campum, longaq; in arundine gestit,
Et gaudet fragiles ædificare domos.
Plaustraq; coniunctis ponit gestanda catellis,
In gyrum celerem nunc rotat ille trochum:
Lautitjs trahitur, mellitaq; crustula captat,
Nummos, & vanas spernit ineptus opes:*

*Singula miratur simplex, & singula lustrat,
Qualibet attentus fit nouitate rei.*

*Non simulat, fingit ve dolos, nec pectore fraudes
Occultat, mentem semper in ore gerit.*

*Expers curarum, fastosos temnit honores,
Et tristi mens est ambitione carens.*

*Colligit ille iram temerè, quam ponit in horam,
Quod modò quarebat, perfugit ille modo.*

*Onimium fœlicem o terque quaterque beatam
Aetatem, celeri sed fugit illa gradu:*

Apostro-
phe ad xta
tem.

*Hoc magis est felix, quòd cū temeraria tractet,
Id sine consilio iudicioque facit.*

Imberbis iuuenis tandem custode remoto,

Adolescē-
tia.

Gaudet equis, canibus, gramine gaudet agri.

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,

Prodigus, vtilium tardus, & æris inops.

Sublimis, cupidusque; & amata relinquere pernix,

Atque cupidineis flagrat vbique dolis.

Feruet enim calidus circum præcordia sanguis,

Inde fit, vt stulti, præcipientesque ruant.

Ille canes, hic nutrit equos, venabula, nummis

Alter emit saltus, vt fera lustra petat.

F

Auritos

LIBER

*Auritosq; sequi lepores, damasq; fugaces,
 Et despumantem figere gaudet aprum.
 Pars tamen adducto deflebit cornua, neruo,
 Tela alijs, gladios pars per inane rotat.
 Hic cantus lususq; agit, facilesque choreas,
 Auratam plectro percutit ille lyram.
 Hic patrias effundit opes, patriosq; labores,
 Possit inexpletam quò satiare gulam.
 Pieridum rari fontes, & tecta frequentant,
 Rari consilio, iudicioque valent.
 Est vaga & incostans, est & malè sana iuuetus,
 Audax, impatiens, luxuriosa, procax.
 Maiorum ridet precepta salubria patrum,
 Non illis virtus est, sed amica Venus.
 Ergo adolescentes dum florida permanet ætas,
 Mensq; viget vobis, viribus aucta suis:
 Spernite delicias, & inanes spernite luxus,
 Aeuo adolescentes, consilioque senes.
 Vir sibi diuitias quarit, fundosque reponit,
 Acquirat census, iugera multa parat.
 Maiori genito (statuunt sic iura) relinquit
 Omnia, natorum cætera turba gemit.*

Virilis
 ætas.

Qua

Querit amicitias, vanoque inseruit honori,
 Patrat, quod fama possit obesse, nihil
 Illi cura domus, illi maris æquor aratur,
 Ut genitos possit sustinuisse suos. (Eius,
 Tarda gradu tremulo properat miseranda sene-
 Cui nulla est ratio, nullaque cura sui.
 Turpe seni vultus nitidus, vestesque decora,
 Atque etiam est ipsum vivere turpe seni.
 Crimen amare iocos, crimen conuiuia lauta,
 O miseri quorum gaudia crimen habent.
 Non prematuri cineres, non Maurus in armis,
 Nō tonitrus, iacta aut fulmina ab arce poli:
 Non adeo terrent, quantum longæua senectus,
 Quæ (verū vt fatear) morte timēda mage est.
 Attamen à Medico si fortè Machaone quæras,
 Voce appellandum qua putet esse senem?
 Ille quidem morbum, nec inepto nomine dicet:
 Gaudia nã tollit, corporibusque nocet.
 Ille erit in pretio vetulus cui gratia habenda,
 Cui non ambitio, sæua nec ira placet.
 Ira nocens animum non lædit, corpus & ipsum
 Non dolet, & venter quod cupit, illud edit.

Quid sit
 turpe seni-
 bus.

Senectus est
 morbus:
 (vel vt aliij
 dicunt) statim
 neuter.

LIBER

Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Irridet lemures, noctiuagasq; striges.

Natales passim numerans, ignoscit, amicis
Lenior & cunctis, omnibus ille placet.

Lusisti satis: edisti satis: atque bibisti,

Tempus abire tibi est, nō mora prorsus abi.

Tu caue ne madidi prædulcia munera bacchi,
Perturbent sensum vir venerande tuum.

Miles depositis tandem requiescit ab armis,
Grandæui nequeunt ducere aratra boues:

Putris & in bibula requiescit nauis arena,
A supero pendet parma vetusta tholo.

Si tamen illæsa cupias discedere fama,
Collige sarcinulas, moxq; libenter abi.

Viure diu
est durum. Rex queritur Pilius quod longos vixerit annos,
Et vixisse diu, durius esse putat.

Qui putat ætatem iuuenilē posse redire,
Mentis inops, cerebro iudicioq; caret.

Compa-
ratio.

Non aliter quàm Nauta petens qui littora Gægis,
Nec velis, remis nec, ferit ærua maris.

Est via naturæ simplex, atque vnica semper,
Vna simul vitæ, mortis & vna via est.

Natus.

SEXTVS.

43

Via nature
simplex &
vna.

*Natura via certa patet, nec fallitur ordo,
 Vita vna est series, hanc ferit hora necis.
 Noctes atque dies patet atræ ianua mortis,
 Nam Rex, illam seruus adibit iners.
 Ista terenda via est tandem mortalibus ægris,
 Nouerunt nulli parcere fata viro.
 Nox erat, & nitidum sol occultauerat orbem,
 Cum mihi per somnum visa iuuenta fuit:
 Atq; ita visa loqui, Serrane en facta senectæ
 Si numeris celebras, cur mea facta siles?
 Cum iuuenis fueris, iuuenū meminisse decebat,
 Et primæ ætatis scribere facta prius.
 His ego cōmotus sic ora trementia soluo,
 Parce senectuti, parce iuuenta, graui.
 Tuta senectutis requiescat littore cimba,
 Per pelagus iuuenum, florida nauis eat.
 Hac vbi continuò tennes difflatur in auras,
 Et me defessum suscipit alta quies.
 Crinibus auratis Aurora retexerat orbem,
 Arripuit calamū cum mea dextra manus.
 Ergo age Calliope talem depinge iuuentam,
 Publica res qualem pascit, & vrbis honor.*

F3

Pane

LIBER

Admonet
 adolescen-
 tes officij.

Pane leuent miseros, vetulis assurgere curent,
 Deducant manibus, sapius ære iuuent.
 Quæ faciunt, laudēt: quæ fantur ad æthera tollāt,
 Fungatur semper clarus honore senes
 Vestibus & foueant omnes, & frigore læsos
 Igne iuuent, alius sit calefacta mero:
 Inuadat vetulos morbus si forte, iuuentus
 Seruiat his senibus, nec sit auara manus.
 Hoc erat in votis, iuueni constare perito,
 Ciuibus vt possit commodus esse suis.
 Ad iuue-
 nes apo-
 strophe.

Discite virtutem iuuenes, s; vita quieta,
 Si pax est vobis gratæque lætitia.
 Moribus infantes nutritos lenibus, omnes
 Excipiet claros vita futura viros.
 Moribus ornatum iuuenem, cum pectore firmo,
 Efficiet clarum vita futura senem:
 Plausibus excipiet populus, supplexq; rogabit,
 Vt ius supremum dicat in vrbe suis.
 Fortunatus erit populus, cui iura dabuntur
 Talia, quem talis consul in vrbe reget.
 Regnabit pietas, dominabitur inçlyta virtus,
 Aurea succedent tempora, viuēt honor.

*Succedent cuncta ex voto, regnumque vigebit,
 Et pax per terras aurea sceptrareget.
 Aurea tunc etas rediens mirabitur orbem
 Mutatum in melius, iustitiamque coli.
 Virginitas caput attollet, tumulabitur vrna
 Luxuries, mulier subdita semper erit.
 Debita tunc semibus dabitur reuerentia claris,
 Armaque cessabunt, omnia cinget amor.
 Vnica mens fuerit, cessabunt vndique fraudes,
 Nec locus ullus erit, sæue cupido tibi.
 Exul eris Cytheræa, thorum seruabit amica
 Fœmina, nec franget vir data iura sua.
 Sæuus amor belli nunquam rediturus, in oras
 Externas abiens, bella tremenda canet.
 Virgo pudicitie præclaris dotibus aucta,
 Eximium inuenies, & sine dote virum.
 Coniux, virque domi thalamum seruabit honestum,
 Pelletur pellex, turpiter inde foras.
 Fœmina cui virtus fuerit gratissima, patrum
 Est honor, exemplum sæpe datura suis.
 Est virtus tanto in pretio, quod sola repellat
 Omnia que ledunt, nec sinet esse reos.*

Pretium vir-
 tutis.

LIBER

Virtutis
laudes.

*Auxilium præbet cunctis, prodesse laborat
 Civibus, & patriæ consuluisse suæ.
 Mirificos adfert fructus, non deserit illos,
 Optima virtutis qui documenta tenent.
 Quæ loquitur, cunctis solamina dulcia præstat,
 Expetit & cælum, temnit & ima soli.
 Ridet & inferni tenebras raptoris, & atros
 Despiciit ingressus, & Phlegetontis aquas:
 Despiciit & vulgi plausus, cælestia semper
 Inquirit, terræ gaudia nulla placent:
 Corporis & nexus cupiens dissolvere, corpus
 Conficit, hac cunctis itur ad astra via:
 Moribus insignes ornat, vulgiq; fauores
 Effugit insani, sanctaq; iura colit.
 Urbibus excellit, qui se virtutibus ornat,
 Huius ad exemplum, plebs animata sapit.*

Finis libri sexti.

LIBER



*E*D iam tempus erit, doceatur florida
pubes,

*I*ngenuis senibus qualis habendus
honor.

*O*tia, corrupti mores, fiducia magna,

*E*neruant vires, pulchra iuuenta tuas.

*M*agna sibi pubes promittens, ambit honores,

*A*mbit amicitias, ridet & aeta senum.

*I*ura volunt, ratio dicat, censetur honestum,

*O*bsequium vt praestet, cruda iuuenta seni:

*D*educat manibus lassos, assurgat eisdem,

*N*e neget officium, quale senecta petit.

*D*issimulet quaecunq; facit, quaecunq; profatur,

*I*urgia non moueat, nec mala verba serat.

*A*equo animo toleret quaecunq; nocentia dicit,

*O*mnia permittat (quæ velit ille) loqui.

*S*it coram vetulo, facies dimissa pudore,

*O*re nec ex eius, verba tacenda fluant.

*S*i forte ad mensam intersint iuuenesq; , senesq; ,

*S*it senio sedes prima parata graui:

*N*on spuatur in mensam, digitis nõ omnibus vnquã

*E*scas arripiat, quæ prope sunt posita.

*I*ndulge

*V*ires iuue-
tutis ener-
uantia,

*O*bsequiũ
praestet iu-
uentus te-
ni.

LIBER

Apostro-
phe ad iu-
uēnes.

Amoni-
tio ad iuue-
nes.

Indulge officio pubes, dum tempus edendi,
 Da vetulo lymphas, vt lauet imbre manus:
 Si desunt famuli, famulorum munera sume,
 Et leuiter positas ordine scinde dapes:
 Non facies curuata suos, non vngula morsus
 Arripiat, clauso conterat ore cibos:
 Ne mucus stillet, nec nares tergeat vngue,
 Ne uè suis manibus: nec fluat ore latex:
 Appositas epulas iusto moderamine sumat,
 Non distendantur morsibus ora suis:
 Ingerat in ventrē quod non malè cōcoquat intus,
 Nam nimio pressus pondere, laesus erit:
 Non prius attingat discum, quam fessa senectus
 Attingens, oculis annuat vt faciat:
 Temperet à vino, capiti ne mæsta grauedo,
 Excitet aut morbum, vel temulentus eat:
 Audiat & sileat, laudet quæcunq; loquantur
 Maiores, leto lumine cuncta probet:
 Fascinet haud morsus socio, qui sede propinquus
 Assidet, & capiat quem posuere cibum:
 Abstineat dapibus multis, nã plurima robur
 Fercula venticuli sollicitaret solent.

Quod

Quod sapit, id nutrit (fama est) sed sarcina multa
 Aggrauat, & lædit, læsio morbus erit:
 Contineat risum, caueat nè multa loquatur,
 Copia verborum iurgia sæpe parit:
 Non epulas primus capiat, non vltimus vllas:
 Quem dederit, capiat, sacra senecta, locū:
 Corpore sit recto, pedibus non obstrepat vnquã,
 Molliter, & tacito fercula dente terat:
 Si ridere velit, sit cum moderamine risus,
 Soluitur in risum, qui puerile sapit:
 In mensa sapiens iuuenis non lusibus vnquam
 Vtitur, est alter sed grauitate senex:
 At si cum socio, lateri qui proximus hæret,
 Sermones confers, sit tibi sermo breuis:
 Copia verborum damnatur, concitat iram,
 Cogit & astantes vertere terga fugã:
 Non moueat corpus, rigeat nec dentibus, ambos
 Dimittens oculos, deuoret ore dapes:
 Non stimulet socium, manibus iactata quietis
 Verba tonent, leni sed comitata sono:
 Ante dapes, imploret opem septemplicis axis,
 Vt socios, ac se numina sancta iuuent:

Post

LIBER

Post mensam ablatam, nolit discedere, donec
 Abluat immundas quas videt esse, manus:
 Postquã exẽpta fames, & amor satiatus edẽdi,
 Surge, salutantis verba benigna cane.
 Gratia sit verbis, grato condita pudore,
 Quæ placida excipiant garrulitate senes.
 Hæc tibi sufficiant iuuenis, quæ pectore condas,
 Si non vis tetrico displicuisse seni.

Cõparatio Piscator tumido iactatus in æquore, terram
 Viribus assumptis, ære ruente, petit.
 Sic mea Musa gemens, lassataq; pondere rerum,
 Optabat senio funera grata dare.
 Sed iuuenis tenuit cursum, nam facta iuuentæ
 Insanæ, numeris sunt memoranda meis.
 Huius vt exemplo, fugiat cordata iuuentus
 Retia, quæ multis iam nocuere viris.

Iuuenilis ætatis inditia. Est iuuenis petulans, tenerorum lusor amorum,
 Aeris largitor, prodigus atque animi.
 Sæuit in vxorem, cui non alimenta ministrat,
 Irruit in clausas absque pudore domos:
 Dissipat æra patris, fundos diuendit, & bares
 Omnia consumit quæ bona liquit auus:

Non

Non famulis parcat, vino se proluit empto,
 Gaudet & in gremio pellicis esse suæ:
 Assiduus conuiuia, mero cadit ebrius hausto,
 Ebrius, & fœda pellicis in gremio est.
 Eripit effractis foribus, quæcunque libido
 Imperat, his vitijs rapta iuuenta furit:
 Et cum vendiderit fundos, atque arua paterna,
 Artibus acquirat fur aliena malis.
 His non turpatur vitijs decoranda iuuentus,
 Cui recti mores, & pia vita placet.
 Moribus illustres iuuenes, patribusq; creatos
 Ingenuis, generos hos voluere senes.
 Si mores retinet iuuenum virtute proborum,
 Lumine florebit clara senectæ suo.
 Sæpè senex queritur quod plurima viderit infâs,
 Et scierit, quæ iam non retinere queat.
 Si memorem cupias animũ seruare, frequenter
 Noctæ animo repetas, quæ tibi nota die.
 Quæque diu facias, noctu tu singula voluens,
 Si bona seruabis, sin mala, mitte foras.
 Atque ita viuentem non lædet longa senectus,
 Immo si serues singula, grata aderit.

Querimo-
nia ienis

Respondet
obiectioni
senili.

Sic

Sic animū rebus fidum præstabis agendis,

Atq; adæo nulla labe notandus eris.

Apostrophe.
Quid gemis heu, quid cōquereris cariosa senectus?
Enarras lachrymis cur tua damna sepe?

Reprehensio senilis.
Finge animo mortem, solamen mentis amara,
Hæc tibi defesso gaudia magna dabit.

Si sanctæ rimemur iter virtutis honestum,
Excipiet lætos Regia lata Poli.

Qui vitam rectis instructam moribus egit,
Non timet inferni limina cæca Dei.

Huic Rex, huic Popul⁹ magnos cōcedet honores,
Huius ad imperiū turba pauebit iners.

Huic quoq; cōmitent reges cum munere grandi
Vestigal, census, iustitiamq; suam.

Eius consilio statuentur iura, quietis
Pax erit in terris, lisq; repulsa cadet.

Nobilibus census soluentur tempore certo,
Æqua erit in cunctos Regis amica manus.

Vir bonus & sapiens viuendi est regula cunctis,
Eius & exemplo plebs animata sapit.

Famina quæ nuper thalamum fædarat amici
Coniugis, ingenti pressa dolore gemit.

Virgo

*Virgo tui solum fuit olim grata fenestra,
 Ocyus ad sacras euolat illa domos.
 Quin etiam pellex quæ se macularat iniquo
 Crimine, iam nubit conciliata Deo.
 Impius & pauper vultu patientior æquo,
 Fortune varias fertq; refertq; uices.
 Transacta meretrix lamentans crimina uitæ,
 Numinis æterni limina sancta petit.
 Filius oblitus morum, vitæque nefandæ,
 Blandius alloquitur, verbaque dura fugit.
 Alloquitur matrè summo moderamine, matris,
 Oscula dat palmis, oscula chara patri.
 Filia concipiens meliorè pectore mentem,
 Claustra petens, inquit, turba nefasta uale.
 Iura colit iudex contemnens munera, recte
 Iudicat, & sceleris non cupit esse reus.
 Et sapiens coniux, & non uiolabilis ulli,
 Coniugio curat sola placere suo.
 Non ludi iniusti, non est contractus iniquus,
 Regis & imperio cessat in vrbe dolus.
 Apposita iusto seruantur pondere lances,
 Et bene congestæ conciliantur opes.*

LIBER

Consona pro sanctis cantantur carmina tēplis,
 Claustraq; seruantur religione pia.

Quæ fuerat regio miseris lacerata querelis,
 In placida ciues prosperitate regit.

Obsequio Regis parent iuuenesq; senesque,
 Cunctaq; seruantur festa dicata Deo.

Pax viget in nostris, pax iucundissima regnis,
 Nullaq; deuictis hostibus, arma fremunt.

Omnia quæ refero diuino numine fiunt,
 Atque adeo summo gratia danda Deo.

Pro meritis quanuis sit gratia habenda Tonanti,
 Laude etiam digna est fessa senectia sua.

Plebs senis exemplo clari inflammata relinquet
 Crimina, queis fuerant numina læsa prius.

Prædones etiam assueti per compita passim
 Cuius insidias tendere, templa colunt.

Impiger & cautus committit semina terræ
 Agricola, ut natos pascere pane queat.

Et nati & natæ faciunt sua funera patri,
 Et tumulo imponunt thurea dona pio.

Quæ prius ignotis virtus latitabat in aruis,
 Iam redit in nostros officiosa lares.

*Auxilium miseris virtus fert alma, fauorem
 — Et præstat cunctis, quos inuat esse bonos.
 Ille pater rerum, terris sua lumina præbens,
 Lumine terrigenas & sata lata reget.
 Non iuuenes vllò corrumpent munere matres,
 Quæ sua sacrarunt corpora casta Deo.
 Quî pia turba vehit super æthera carmine patrè,
 Qui solet ex alto nos satiare polo.
 Vnusquisque suû peragit bene munus, ab vrbe
 Otia pelluntur, parta labore iuuant.
 AÆris inops, æger recreatur munere nostro,
 Carcere detentos munera nostra fouët.
 Et qui Francisci voluerunt claustra subire,
 Vitam muneribus sustinere datis.
 Et famuli, vt nati tractantur more paterno,
 Et leni tolerant verbera iacta manu.
 Non sustentatur laquearia picta columnis,
 Ast humilem claudunt integra tecta focû.
 Rex claris oriundus auis, Reginaque concors,
 In regno placidæ fœdera pacis habent.
 Sancit & vt legum moderamine cuncta regantur,
 Iudicio patrum, consilioque senum.*

LIBER.

Urget cura suum sanctum complere senatum,
 Ex numero veterum, qui ratione valent.
 Pace fouet populos, lites soluuntur, & omnis
 Fraus oppressa gemit, iuraq; sancta r'anēt:
 Nemo potest quenquā violenti cuspide ferri
 Percutere, aut vetulū ledere quisq; potest.
 Vicini Reges percusso fœdere regnant,
 Latatur populus, regna beata videns.
 Non bona surripiunt fures, non ostia frangūt,
 Magnificis spoliāt nec sacra tēpla bonis.
 Venditor exponit merces sine fraude probatas,
 Quæ vendit nullasunt maculata nota.
 Omnibus in mensis iusti moderaminis esca
 Apposita sapiunt, paucaque venter edit.
 Hoc satis esse putant, corpus defendere amictu,
 Atque sub angusto ponere tecta foco.
 Sufficit & ventrem dapibus satiare gementem,
 Ebrietas gyaras plena pudore petit.
 Quantum quisq; sua nūmorum seruat in arca
 Exponit, nemo debitor esse cupit.

Apostro-
 phic.

Quid tibi profuerit plures expendere nummos,
 Quàm tua sufficiant ara reposita domi?

Cre-

Creditor obseruat tempus, quo soluere debes,

Quod simul ac ventu est, iudicis ora petit.

Horridaque irati te in vincula iudicis ira

Dorudet miserum, cur aliena voras?

Omnia nam grauius soluntur crimina poenis,

Vt metuat poenae criminis auctor onus.

Pro patriæ ciues contendunt rebus, & illam

Nituntur donis accumulare suis,

Cordati nullo ciues se crimine laedunt,

Sed tamen in cunctis regnat amicus honor.

Edocet & superflua sapiens præcepta sacerdos,

Obseruent omnes vt pia iussa Dei.

Hæc vitæ ratio facit vt moderetur habenas

Egregie prætor, nec male quicquid agat.

Quis leges vnquam conscribi sanguine vidit?

Dat pietas tantum iura benigna suis.

Insignes probitate viros hæc laudibus ornat,

Insanos verbis supplicijque premit.

Imperio Regis cuncti sua tecta frequentat,

Ostia sunt cunctis & patefacta viris.

Vt regnum vigeat, ditio vt seruata quiescat,

Rex etiam populi flagret amore sui.

Leges non
stabilian-
tur sangui-
ne.

Imperium facili teneant moderamine Reges,
 Post patres, geniti regia sceptrā regant.
 Sit cuiusque reo demum concessa potestas,
 Ut possit causas exposuisse suas.
 Nata virum pulchra fecit quæ prole parentem,
 Charior est, lectum, coniugumq; fouet.
 Vno animo populi viuunt, non turpis Erinnyis,
 Non inter ciues Mars fera bella ciet.
 Sæpe nocens premit insontem, mirabile dictu,
 Iniustus iusto tristia damna parit.
 Rex pius & sapiens mendacia pellit ab vrbe,
 Et facit ut quisquis, quod decet, illud amet,
 Inuidus & mendax ad nigros euolet Indos,
 Veraces tantum regia tecta colant.
 Agricola ut dominis tadem sua fœnora reddat
 Arua suos fructus nobilitat a ferant.
 Vir pius & diues miseratus pauperis odes,
 Paupertatis onus subleuet arc suo.
 Congerat ingentem nummorum, & farris aceruū
 Ut felix miseris ferre alimenta queat.
 Vir pius & diues diuino munere diuūm,
 Pauperibus tribuat, quæ superesse videt,

Orbatos patribus pueros, pietatis amore
 Instituat, mores edoceatq; sacros:
 Induat & nudos, soletur compede vinctos,
 Vt cubat faciat, pulchra puella viro.
 Si quos fortè ligat miserè Maurusia tellus,
 Finibus è Libya liberet ære dato.
 Ore creet, foueatq; viros solamine, qui se,
 Membraque apud Mauros exposuere sua.
 Omnibus his diues miseris (quos latbifer annus
 Infecit) mittat munera sæpe sua.
 Non neget auxilium viduis, neu limine pellat
 Mœrentes, charus si cupit esse Deo.
 Hæc igitur pietas vetulos venerarier omnes
 Imperat, & miseris munera nostra dare.
 Efficit vt coeant virtus, & summa potestas,
 Quæ simul adiungi vix potuisse vides.
 Aspicias vt semper renuat suprema potestas
 Consortem, vt superis se putet esse parem.
 Erubet diuos, humiles contemnit honores,
 Eloquitur grandi verba superba sono.
 Deprimit & Regi Charos, nè forte potentem
 Iam se delisciant, quod petit, illud habet.

Imperium
 & potestas
 insultant
 superbia.

Nemo audeat contra dominatē dicere quidquā,
 Imperat hic cunctis, nemo recusat onus.
 Assurgunt omnes venienti, promptius adsunt,
 Rex quoque dissimulat verba superba viri.
 Et cum subuectum tam celsum ad culmē honoris
 Aspicit, heu misero pręparat arte necem.
 Hos habuit fructus, hæc commoda vita superba,
 Aurā, quæ & cultu dispoliata perit.

Inuocatio. *Musa redi ad Reges, qui nobilitate probatos
 Accersunt, ut sit regia plena sopho.*

Virtus. *Illam quidem virtus toto regnabit in orbe,
 Est coniuncta Deo, cultaque semper erit.*

Pietas. *Nos pietas cogit, veneremur postore diuos,
 Et ferat ad templum munera quisque suū.
 Efficit ut matrem veneretur filius omni*

*Religione patri debitus ad sui honor.
 Nec diuos unquam superos periuria ledant,
 Quilibet ut diuis festa dicata colat.*

*Audeat ut nullus quenquam obtruncare securi,
 Nec furtum faciat, nec sit iniqua manus.*

*Efficit ut coniux metuat violare cubile,
 Nec velit qui castam deseruisse ihorum.*

Ad.

Admonet vt nemo turpis vocitetur adulter,
 Claustra pudicitia nec temerare velit.
 Debita vt hortatur præstans alimenta parenti,
 Hunc colat, huic prosit religione pia.
 Vt contra frigus patrem tueatur amictu
 Filius, vt matri munera det Cereris.
 Induat & fratres qui sunt ætate minores,
 Et velit officio semper adesse suis.
 Puniat & durè, sed sit sine vulnere, fratres,
 Qui male consumunt, æra relicta patris.
 Iungaturque soror claro dotata marito,
 Eroget & nummos bis quibus esca deest,

FINIS Libri.7.

G 4

TER-





*Tertia caesarum Venerem contundit
iniquam,*

Retia contemnens saepe Cupido sua.

*Comprimat affectus, animum qui recta sequentē
Tramite diuertunt, quem pia vita probat.*

*Effugit illecebras, queis saucia turpiter olim
Isacei penitus corda fuisse ducis.*

David.

*Ambrosias diffusa comas damnata voluptas,
Vestibus auratis fulget amicta sinus.*

Descriptio
voluptatis
damnatae.

*Aurato thalamo recubans, inspirat odorem,
Qui reuocare queat corda propinqua neci.*

*Fronte decor præcisus acu, tortique capilli,
Lumina resplendent, dulcia vincula viris.*

*Lasciuit meretrix, iuuenis dulcedine captus,
Lasciui motus subditur imperio.*

*Amplexus teneri, mulcentes pectora cantus,
Intus nullus amor, plurima signa foris.*

*Subdola lingua loquens, multos effingit amores,
Vt capiant animum vir miserande tuum.*

*Ora madent lacrymis, si forte moratur amicus
Obiurgansque moram, fingit amore capi.*

Si

Si tamen aspicias, oculos conuertit acutos,

In iuuenis nummos, quos cupit esse suos.

Cogitat & secum, sermone numismata quall,

Tripiet iuueni, qualia verba dabit.

Non vno contenta viro, patet impia multis,

Et quò sunt plures, plus capit illa lucri.

In lecto es vnus, sub lecto absconditur alter,

Tertius ante fores sperat habere locum.

Médax fitta loquès, iuuenum lachrymabile rete,

Captatrix meretrix, vrna pudore carens.

Florentes nosti luxus, quas perdidit vrbes,

quot mala progenuit, quot perière viri.

Quippe nec ira Dei, tantum nocère nec hostes,

Quantum sola nocet mentibus vna Venus.

Ebrietas cui fida comes, cui luxus, & alis

Circum nocturnis, impia fama volat.

O miserum thalamù, quem sors inimica parauit,

Què Deus in tenebras, & properanter aget.

Non seruas præcepta Dei, non iussa parentis

Aeterni, gaudes ditis adire loca.

Heu mala progenies, cur non connubia sancta

Obseruas, ambis trudier in tenebras.

Incommo-
da Veneris
turpis.

Apostro-
phe.

Heu

LIBER

Heu meretrix inimica tibi, suspecta tonanti,
 Cur scelus admittis, cur tibi damna paras.

Non nè esset melius connubia sancta coire,
 Quàm malè viuendo, turpiter esse foro?

Vt iuuenes fugiant consortia fœda subire,
 Nunc te depingo, nunc tua facta fleo.

Si iuuenis Veneri optanti non seruiat, heu quàm
 Mæret, quàm luget, quam gemit ægra venus.

Non te decipiant effusi signa pudoris,
 Te precor vt caueas, sana iuuenta dolos.

Mille dolos nescit meretrix, inimica tonanti,
 Illa perit rabie, quam tamen vrit amor.

Effundit lachrymas, edit suspiria multa,
 Brachia distorquet, pro meretrice dolet.

Illaqueat iuuenes, fingit nundatia mille,
 Est veluti vulpes, æra petulca petit.

Philtraq; decepto iuueni medicata propinat,
 Vt Venus assiduo sit calefacta thoro.

Ingemit, atque animo ducit suspiria ficto,
 Se vocat & miseram, quòd violenter amet.

Et rabido laniat flauentes vngue capillos,
 Vt te decipiat qui violenter amas.

Pecto-

Pectora contundit pugnis, conuitia multa
 In iuuenem dicit, continuo ore fremit.
 Promitur is sermo, non vera ex mente loquentis,
 Cordis at irati subdola verba sonant.
 Non cessat rabies, non fletus, sed furit ardens,
 Ut canis, in stratum concidit agra thorum.
 Indignata refert quantos conuixerit annos,
 Et quantos iuueni subdita stulta fuit.
 Femina quae prodit lectum, maculatque pudorem,
 Hos habeat quæstus, quos meruisse videt.
 Femina quae nupsit iuueni, vixitque decenter,
 Gaudeat, et felix sit sociata viro.
 Hæc est quam versu depingimus atra voluptas,
 Cui vetulus dicit, fæda libido vale.
 Non mihi sunt vires, non nummi, nulla cupido,
 Hæc tria deridet mollis et agra Venus.
 Deficiunt senibus vires, quas improba captat,
 Falsa, nocens meretrix, desidiofa, viris.
 Quæ stomachum repleat, saturatia munera quarit,
 Expetit et multi pocula grata meri.
 Nullus amor purus, nulla est sincera voluptas,
 Et nihil est quod nunc gaudia pura ferat.

Apostrophe.

Scilicet interdum miscentur tristia letis,
Nec populum semper festa agitare iuuat.
Nulla dies aded est australibus humida nymbis,
Non intermissis vt fluat imber aquis.
Nec sterilis locus vllus ita est vt non sit in illo
Mixta ferè duris vtilis herba rubis.

Dolor &
 voluptas
 inuicè ce-
 dunt, sed
 breuior vo-
 luptas. Se-
 nect. in tra.

Mollia miscentur duris, densissima raris,
Aspera sub dulci melle venena latent.
Sperne voluptates, non est sine amore voluptas,
Ergo voluptatis turpis habendus amor.

Est et atis opus, munus quoque munere sancto,
Permissum senibus, fæda negata Venus.

Hoc tamen esse malum credit furiata senectus,
Cum sit præclarum posse carere nota.

Quid magis bis senibus cūfert, quàm morib⁹ esse
Insignes, quales præstat habere senem.

Quæ maior pestis, quæ uè est immanior hydra,
quàm Venus effrenis, copia multa meri.

Copia me-
 ri demen-
 tat.

Excitat ad coitum Bacchus, luxumque suadet,
Et nimio vino corpora plena calent.

Mars furit, & Baccho laxis furit ira lupatis,
Sapientius & vino mens calefacta ruit.

Nam

Nam cui membra calent, multo tumefacta lyæo,

Hostes non metuit, non timet esse nocens.

Si Venus & Bacchus se complectantur amicè,

Flamma furit, flammis nec pyra maior erit.

Cæca libido viris perturbas lumina mentis,

Præcipitesque trabis per mala multa senes. Apostrophæ.

Qui se deuouit Veneri, nil linquit inausum,

Vt tandem optato possit amore frui.

Nam mors certa manet, dispèdia, vulnèra, luctus,

Si cupis alterius commaculare thorum.

Tota es nocte vigil, capiunt non lumina somnum, Apostrophæ.

Virginis vt pulchræ limen adire queas.

Proditor es patriæ misera, non vlla recusas

Crimina, vt optatum detur adire thorum.

Quem tintigo rapit, patitur conuitia mille,

Atque in se dici verba proterua feret.

Suscipit omne scelus, facinusq; infanda libido,

Illic incestum, stupraque patrat ibi.

Cum Deus egregias animas mortalibus ægris,

Inspirarit, eas cæca libido ruit.

È cælo missas lædit cænoza libido,

Et tamen his agimur, viuimus, atq; sumus.

Cum

Cum turpis regnat luxus, fugit inclita virtus,

Cum tintigo calet, non sibi constat homo.

Finge animo quenquam gaudere libidine multū,

Tunc hic nil animo, nil ratione potest.

Non bene conueniunt, nec iungi posse videntur,

Et virtus sancta, & luxuriosa quies.

Lethiferum crimen censetur luxus iniquus,

Lumina perstringit mentis, & ara ruit.

Apostrophe.

Quæ sors eripuit lucem? malè sana libido,

Ille expertus ait, quem mala vita inuat.

Quem damnosa Venus, quæ præcepit alea nudat,

Hic fugiet luxus, alea maror erit.

Si ratione nequit franari cæca voluptas,

Ingens est senio gratia habenda graui.

Vix potuit virtus Venerem franare superbam.

Hanc tamen euincunt membra caduca senis.

Vincere quos potuit dulcedine dira voluptas,

His praua est ratio, suppeditata gemens.

Non est culpanda, immo est extollenda senectus,

Gaudia cui luxus nulla nocere valent.

Ille caret multis dapibus, mensisq; paratis,

Nec capit ad cænam pocula plena mero.

Non

Non vino obruitur, non illam in somnia terrent,
Decoquit & venter, quem posuere cibum.

Piscibus est hamus, quod nobis ægra voluptas,
Et capit hic pisces, sic capit ista viros.

Simil.

Cum senibus noceant luxus, & dira libido,
Tædia sunt horum diminuenda alijs:

Vt conuiuia potest canam differre senilem,
Et conferre simul mutua verba potest.

Delectare senes poterunt conuiuia parca,
Non propter victum, sed quia sermo placet.

Longa senectæ dedit, cupidus sermonis vt esses,
Fecit & vt coqueres pauca alimenta senex.

Apostrophe ad senectam.

Gratia magna tibi cui parca est mensa senectus,
Sed tremulo sermo largus ab ore fluit.

Esca mali radix vitij, dicenda voluptas,
Moribus ingenuis non placet illa viris.

Instar sirenum demulcet blanda libido,
Corda iuuentutis, deteriora monens:

Simil.

Sperne igitur Cypriæ solatia dulcia matris,
Ciuiibus illa suis omnia damna parit.

Apostrophe.

Qui fuit addictus Veneri fortasse dolebit,
Si solitum thalamum nulla puella petat.

Qui

LIBER

Qui fuerit castus, quem seruat vita pudicum,
Indignos semper respuet ille thoros.

Plura quidem poterunt animū oblectare senectæ,
Qualia nunc audi, quæ mea musa canit.

Quæ poterit dapibus, vino, ludisque voluptas,
Vincere cultores, Pallas amica tuos.

Nulla equidem! luxus vincit sapiëntia, nil est
Quod non subijciat colla superba tibi.

Cum tamen his senibus tollantur gaudia vana,
Conuenit his miseris gaudia certa dare.

Tædia si capiant, campos plantare licebit,

Colligat ut fructus, quos feret vâus ager:
Quid fortuna potest melius conferre senectæ,
quàm colat ut vites, semina mandet humo.

Colligat ut fructus, quos campus fanore soluit,
Augeat & fessos vita quieta dies.

Irriguis vastos adaquabit fontibus agros,
Arida largifluis prata rigabit aquis.

Ut bona producant fetus pomaria, terras
Stercore miscabit, stercore floret ager.

Hoc modo Laertes lachrymas, quas filius absens
Elicuit, tenuit, vomere rura colens.

Si defessa velit, campos habitare senecta,
Nulla illi sedes, aptior esse potest.

Frigora si vexent artus, recreabitur igne
Illico, nam sylva plurima ligna dabunt.

Et sermone potest expellere tadia vita,
Si fuerit facilis, cum semibusq; p'ys.

Vtatur victu qui non fastidia gignat,
Corpora sed pascens, utilis esse queat.

Si calor exurat, sub fronde quiescere opaca,
Ad liquidi & poteris viuere fontis aquas.

Tessera cum talis, poterunt lenire senectam, Apostro-
phe.
Lusibus alternis, ludere si placeat.

Si vetulus fuerit magno cumulatus honore,
Non ultra, dicet, quod cupiamus erit.

Namque senectuti quid iam sperare licebit,
Lubrica sed foueat spes iuuenile decus.

Dum iuuenis sperare potes, non vlla senecta
Spes remanet, senium nulla leuare potest.

Nec tamen illa manet certa, est sed lubrica seper,
Fallitur augurio spes bona saepe suo.

Excipiet populus maturum plausibus euo,
Illum cui iusto stabit in ore pudor.

At qui non factis, sed se sermone tuetur,
 Infelix vetulus iure vocandus erit.
 Non honor aut virtus vetulū comitabitur agrū,
 Nec populi plausu suscipiendus erit:
 Moribus ingenuis exculta capeffit honores,
 Aetas, quā sequitur primus in vrbe decor.
 Non cani, non ruga potest asferre repente
 Hos populi plausus, ni sit in ore pudor.
 Tales quippe senes semper comitabitur aura
 Plebis, & his ciues funera grata dabunt.
 Nomen honoris habent, hæc sint cōmunia quāuis,
 Assurgo, veneror, consiliumque peto.
 Deduco manibus lassum, rursusque reduco,
 Sæpe saluto senem, sæpe requiro senem.
 Appeto, discedo, coram illo lumina flecto,
 Nomina vana quidem, sed cupit ista senex.
 Anxius est vetulus, parcus, cupidusque bonorū,
 Quem semel offensum, vix reuocare queas.
 Arbitror id vitæ tribuendum moribus esse,
 Nam sunt a senio crimina tanta procul.
 Attamen hoc vitium vetuli quod diximus esse,
 Defendi ex aliqua, sed male, parte potest.

Honoris
 nomina
 quæ sint.

Se falli, illudi se, credit ciuibus esse
 Contemptum, natos spernere iussa sua.
 Atque adeò minimis miseri punguntur, at illi
 Qui sibi confidunt, dulcia cuncta putant.
 Non sibi confidit vetulus, quem parua molestat,
 Mos tamen ingenuus dulcia cuncta facit.
 Cum non omne vetus vinum reddatur acetum,
 Improba non omnis vita senilis erit. Simil.
 Ut sunt laudandi vetuli probitate seueri,
 Sic reprobanda seni facta senecta fuit.
 Nescio quid moueat vetulū, quòd vinat auarus,
 Vltima cū properet signa propinqua necis?
 Hunc ride, hunc contemne senē, qui nescius aui,
 Abscindi vira non sibi fila videt.
 Congreget argentum iuuenis, cui longa terenda
 Est via, sed vetulum parua crumena decet.
 Incubet ille auro, longum cui restat arandum
 Mortis iter, reliquos macra crumena iuuat.
 Quod fuit immodicum nocuit, semperq; nocebit,
 Intempestiuum tempus obesse solet.
 Atque adeò immodicū nē quid succedat, oportet
 Sis memor, o senio fessa seuecta graui.

Namque quod est nimium, generat dispendia multis,

Plus quod habet medium comoditatis habet.

Ergo igitur iuuenes medium seruare licebit,

Auri sacra fames noxia sepe fuit.

Non veluti numen, iuuenis veneraberis aurum,

Spes tua sit vero subdita tota Deo.

Tu venerande senex cælum mox mentere cõde,

Ultima nam properat fila secare dies.

Ingemit agrotus, thalamum si femina castum

Non fouet, & solus testis relicta videt.

Femina nam prestat morbis solamina, curans

Coniugis offensas, atque alimenta parat.

Preparat & lectum, sternit quoque lintea munda,

Et parat agroto fercula grata viro.

Abluit & plantas, & terget crura libenter

Femina, tunc blandos personat ore modos.

Adiuuat agrotum, facit ut medicina paretur,

Quæ bene conueniat, quoque leuare queat.

Hæc fouet in gremio miserum, quæ plurima torquet

Ulcerâ, quem grauius febris anhela premit.

Si fuerit pauper, gemibundo querit at ore

Præsidium, donec febris acerba fugit.

Ingemit
agrotus
vbi nõ est
mulier.

At postquam liquit tabentia corpora febris,

Munera dat medico, qui fuit arte potens.

Præmia sunt thalami, quæ soluit casta marito

Femina, cui seruit semper amore pio.

Hæc est vera fides, hæc sunt connubia sancta,

Femina quando viro seruit amica suo.

Quos genuit natos senutrit casta, maritus,

Si seruata domi, pendet ab ore viri.

Iam ratio poscit, referam quæ incômoda gignat

Dira libido viris, qui ratione carent.

Quos ratio turbata premit, quos perdit erymnis,

Quosque rudes demens efficit ebrietas.

Improba dissoluit vires, minuit que cerebrum

Nata Iouis, mater (cæce cupido) tua.

Lædit ventriculum, turbat præcordia saua,

Obtundit visum, frigida membra facit.

Accelerat senium, mores inducit acerbos,

Vendit agros, vendit rura paterna venus.

Gignit apoplexim, necnon miseranda caducum

Inducit morbum, præcipitatq; necem:

Illam etiam corpus miserum lacerare suescit,

Viscera nam lædit, corpus inane tremit.

Tabescit facies, languent in corpore vires,
 Ingens, post Veneris gaudia, maror adest.
 Ergo age, nē dubites Venerem culpāre, pudore
 Quæ caret, hæc talis noxia semper erit.
 Est inimica quidem nervis, pectusque fatigat,
 Sæpe nocens calidis venibus esse solet.
 Qui lumbis, coxisq; dolens, consortia fæda
 Appetit, hic caueat, sin minus, æger erit.
 Debile fit corpus, robur deperditur omne,
 Ob mala quæ gignit proijcienda Venus.

Robur cor
 poris, quid
 sit.
 Quid sit
 natus ca
 lor.

Insitus ille calor, qui nobis præsidet intus,
 Corporis est robur, viscera nostra regit.
 Si calor hic vigeat, constabunt corpore vires,
 Inuālidus si sit, debile corpus erit.
 Coctio ventriculi mox fit cocuntibus ægra,
 Pallida sit facies, visio lasa manet.

Renes (ut
 ait Varro)
 ita dictos,
 quia rini
 ab his obli
 ceti huius o
 ris oriun
 tur.

AEger odoratus, grauis est auditus, & omnes
 Deficiunt vires, & caput inde dolet.
 Ren, vesica, iecur, morbo leduntur acerbo,
 Quæ parit hos morbos, hospes iniquus erit.
 Noxia vertigo portendat lumina mentis,
 Offensus nervus crura mouere nequit.

Tonsillæque graues liuent, dentesque mouentur,

Obscurus visus nescit habere modum.

(Nam non seruatur reuerentia debita multis)

(Discernit raro visio læsa viros.)

Disrumpit veritas Veneris congressio multa,

Disruptis venis, sanguis ab ore fluit.

Ianua claudenda est tibi semper mater amoris,

Nè iuuenum mentes sollicitare queas.

Effuge continuo consortia (quæso) virorum,

Exul, inops, gyaras desudiosa pæte.

Non Venus aridet cunctis, nam vita pudica

Negligit hanc merito, qua ratione, vide.

Plurima pars hominum connabia casta requirit,

Vt genus ex nupta possit habere sua.

Hæc postquam peperit natam, sua lumina clausit,

Ob natam, hic viduum gaudet habere thorum.

Sapere requisitus, thalamos cur ille secundos

Respuat, beus inquit, filia nata mihi est.

Et quamuis æger represso semine viuat,

Suffert, nè turbet dira nouerca domum.

Famina quæ fuerit casto coniuncta marito,

Huius casta quidem conditionis erit.

Signa fo- *Femina casta suam ducet sine crimine vitam,*
minecaste. *Intra si tectum, tempora longa terat.*

Quare fo- *Nutriet ut natos, dulci datur illa marito,*
mina nu- *Hos igitur foueat femina pulchra sine*
bat. *Sape colo vitam toleret, tenuique Minerua,*

Extinctumque domi suscitet ore focum.

Noctem addens operi, famulos ad lumina penso

Occupet, & seruet casta cubile viri.

Ista quidem faciet, fuerit si femina pauper,

Si tamen est diues, negliget illud agi.

Illudat quoscunque videt tentare pudorem,

Velle suum, iuueni limina non reseret:

Nunquam ponat acum, festis sacra tecta diebus

Intret, sed vetulis concomitata suis.

Et quaecunque mali fuerit suspecta pudoris,

Horreat ingressus adis habere sua.

Hanc velut byrcanam fugiat bona femina tigrē,

Huius sint perpetuū limina clausa domus.

Molliter ora sonent verbis, sit sermo modestus,

Lustrēt summissis obuia quaeque oculis.

Esse bonā facile est, cum quod vetat esse, remotū

Et nihil officio, nupta quod obstet habet. (est,

Cum

Cum Deus intonuit, non se subducere nimbo,
 Id demum est pietas, id socialis amor.
 Quæ casta est: in quam non audet fingere quicquã
 Fama mali, ciues hanc reuerenter amant.
 Vir licet imponas custodem dure puellæ,
 Nil agis, ingenio quæque tuenda suo est:
 Si qua metu dempto, casta est, ea deniq; casta est,
 Si qua pudicitiam seruat, honesta mihi est.
 Quæ tantum corpus seruans, non pectora seruat
 Immaculata, graui verberare digna venit.
 Est labor immensus teneram seruare puellam,
 Ni custodiri pulchra puella velit.
 Iam mentem seruare potest quis? nullus in orbe:
 Cuncta licet tentes, intus adulter erit.
 Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat
 Argus, decepit quos tamen vnus amor.
 Clausa fuit Danae saxo ferroq; perenni,
 Virgo fuit, tandem reddita mater obit.
 Quos igitur tibi custodes, quæ limina ponam?
 Quæ non continuò transgrediatur amor?
 Nam nihil inuita prodest custodie cuiquam,
 Quam peccare pudet, cyrthia tuta sat est.

Interrogatio.

Quæ sit
femina
casta.

Ob.

Diluit au- *Obiurgare caue, si sint hic mixta Nasonis*
 hor nota *Carmina, cum videas lumina ferre meis.*
 sibi impo- *Versibus ex Dapnes multos trāscripsit Homerus,*
 nenda ex *Adderet vt lumen versibus ille suis.*
 suffragatis *Sic ego desumpsi multorum ex versibus vllos,*
 carminib⁹. *Vt mea lucefiant carmina mixta alijs.*
 Dapne Ti- *Vt fucō mulier nimium formosa videtur,*
 reſis filia, *Sic mea fucantur carmina mixta alijs.*
 ex cui⁹ ver- *Præterea multo splendescit carmen honore,*
 sibus terut *Si sonat antiquo carmine pulsa lyra.*
 Homerū, *Id fuit in causa, quod quedam carmina iunxi,*
 multa ad *Ast aliena, meis, robur vt esset eis.*
 sui poema- *Femina casta licet multos mereatur honores,*
 tis ornatū *Ab, semper lenitas concomitatur eas:*
 trātulisse. *Nil ratione valent, nec quid ratione gubernant,*
 vt tradit *Omne quod hæ faciunt, id ratione caret.*
 Diodorus *Quod tamen est peius, se iactant dicere verum,*
 Siculus in *Atq; hominum credunt verba carere fide.*
 lib. 5. *Delirant omnes, plures insania vexat,*
Vir tamen id patitur, si violenter amat.
Nescio quid dicam: quia nunquā fœmina discors
Est iuuenta, simul conuenit inter eas.

Ex totoq; nurus oderunt pectore socrus,
 Communi studio perstripuere viris.
 Quodque magis miror, cunctis est vna voluntas,
 Omnibus vna fides, omnibus vnus amor.
 Illa est in proprium nimis imperiosa maritum,
 Et quodcunque placet, iudicat esse bonum.
 Hoc volo, sic iubeo, folijs mea verba Sybillæ
 Sunt potiora, inquit, vir patienter habet.
 Ad mala procliuis, turbat mala femina mætes,
 Dissidium gignit, fœdera vana facit.
 Mœnia tot fumant, terris bella aspera surgunt,
 Inter cognatos, finitimosq; locos.
 Sed neque sanus aper, rabida tam seuit in ira,
 Dum rabido rabidos dissecat ore canes:
 Nec magis est raptis catulis furibunda Leæna,
 Nec breuis ignaro vipera læsa pede:
 Femina, si coniux fœdauit pellice lectum,
 Quàm furit, & quanti signa doloris habet.
 Per flamas, gladiosq; ruit, positoq; decore,
 It velut aonijs cornibus iæta Dei.
 Non secus ac quondam connubia rupta mariti,
 Barbara per natos phasias vtra suos.
 Sæpæ virum ferro, nimio compressa dolore,

Obtruncat: misero sæpe venena parat.
 Hoc bene compositos & firmos rumpit amores,
 Crimina sunt cautis ista timenda viris.
 O quàm sanguineus stimulat dolor improbu: illas,
 Cum nuptæ patuit, pellicibusque thorus.
 Qui sapiens metuit Scyllam, refluxaq; Charydim,
 Hic metuat nuptam, cum furor vrit eam.
 Nox & amor, vinumque nihil moderabile suadet,
 Nocte pudor nullus, nullus amore metus.
 Intolerabilius nihil est, quàm fœmina dives,
 Imperat hæc domui tota superba sua.
 Subditur indotata viro, sed fœmina dives
 Reprimit & taxat sæpius acta viri.
 Se dominam appellat, seruum putat esse maritum,
 Illum mendicum sæpius ore vocat.
 Pauper in has ades, nonne, inquit, perfide nuper
 Venisti, æqualis iam cupis esse mihi:
 Assidue rixas mecum, & certamina nectis?
 Erga age iam sileas, ni miser esse velis.
 Infelix coniux verbum non inchoat vllum,
 Nam metuit miserum pellat ab æde foras.
 Hæc patitur miserandus homo, cum fœmina dura
 In lecto recubat, quem putat esse suum.

Nox & a-
 mor, vinū,
 hæc tria
 impatiētes
 homines
 faciunt.

Itque reditque viam veluti formica per agmen, Simil.
 Assuetum paruo dum vehit ore cibum:
 Florilegaque ut apes sylvas & florida nacta
 Pasca, per violas, & thyma summa volat:
 Sic petit hæc ludos mulier formosa per urbem,
 Nec pauet iratum si videt illa virum.
 Non venit ut videat, potius videatur ut ipsa,
 Inde fit, ut nullus fulgeat ore pudor.
 Effuge nè lachrymis pulchra mouere puella,
 Si cadit ex oculis guttula, ficta cadit.
 Quò nõ ars penetrat? discit lachrymare deceter,
 Quoque volunt, ridet tempore, quoq; gemit.
 Si quid commissit grauiori carcere dignum,
 Et timer irati coniugis ora sui.
 Tum grauis illa viro, tunc orba tygride peior,
 Tunc simulat gemitus, præcipitata ruens.
 Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat:
 Sunt lachrymæ celeres, tunc furit illa magis.
 Hoc illi facite est, verba & componere fraudes,
 Ingenium hoc reprobū fœmina queq; tenet.
 Ah? crudele genus, nec fidum fœmina nomen,
 Nam parat infonti crimina dura viro.
 Errat si coniux, nil est audacius illa,

Huic iram atque animos crimina dira ferūt.
 Quid sinat intactum, furiosa femina mentē?
 Preparat insidias, & mala damna viro.
 Ut non ramnosa numerabis in ilice frondes,
 Nec pelagi pisces, clara nec astra poli:
 Sic ego non cultus numero comprehendere possum,
 Adijcit ornatus, proxima quæque dies.
 Canitiem mulier medicatis inficit herbis,
 Alter & astuta queritur arte color.
 Ingrediturque emptis nimis imperiosa capillis,
 Et nigra quæ fuerat, iâ modo flava coma est.
 Quid memorem vestes? non iâ segmenta requiro,
 Non quæ ostro tyrio tegmina tincta rubent.
 Hic ultra vires habitus nitor, hic aliquid plus,
 Quàm satis est capitur, sæpe aliena petit.
 Nulli se dicit mulier mea nubere malle
 Quàm mihi, non si se diuitis æra petant.
 Illa quidem dicit, sed quod testatur amanti,
 Fluminis in liquida scribere oportet aqua.
 Ambiguo non sic agitantur flamine syrtes,
 Non sic hyberno suppara mota noto:
 Quàm citò fæmineum variatur pectus ab ira,
 Sive ea causa grauis, sive ea causa leuis.

Nulla fides verbis danda est, non pondus habēdū,

Nemo illi fidat, nemoq; præstet opem.

At flecti poterit, mens est mutabilis illis,

Tu modo cum multa brachia tende fide?

Qui vitare potest meretrices, vitet oportet,

Nè cadat in præceps, vel sua fama ruat.

Qui videt incaute, peccat, nisi videris ergo.

Non cupies, facti crimina lumen habet.

Vix vnquam quàm sit, cognosces fœmina fallax,

Quàm mala, quàm discors, quàm careat cerebro.

Lingua caret frano, linguam mortalia rodit.

Pectora, vicinis est inimica locis.

Continuò exardet multo si splendeat auro,

Quæ sibi coniuncta est, fœmina diues opum.

Inuida marcescit, vicini rebus opimis,

Sæpius & queritur quod malè nupta fiet.

Hæc vicina suis opibus præcedet amaram.

Memet, quam clari progenuère patres,

Infima progenies illam genuisse fatetur,

Texturam exercent qui genuère patres.

Illæ sedens sella totam percurrit in urbem,

Ast ego sola meis cruribus ibo foras.

Illæ deauratis vestitur vestibus, ipsa

Hironice.

Admonet

virum vt

caute se ha-

beat cum

fœmina.

Derivatio

literarū

huius noīs

mulier.

Malitia in

supabilis.

Voluptas

īficiabilis.

Lingua in-

uencibilis.

Inimica p-

peruabilis.

astus in ex-

tinguibilis.

Ruina irro-

cupabilis.

Induor heu lana, quæ solet esse rudis.

Ancillæ plures dominam comitantur euntem,
At baculus mecum solus adibit iter.

Tota domus pendet laquearibus inclita multis,
Me tamen (heu miserâ) parua culina teget.

Talia voce refert mulier conquesta maritum,
Ingemit, & lacrymis tota repleta suis.

Quid faciet miserâdus homo, cui parua crumena
Impedit hos sumptus, quos lacrymosa refert.

Me iuvat ad nummâ, sermonem vertere nostrû,
Nè vitio veritas, si placet ille seni.

Nè mirère precor vetulus si deperit aurum,
Percipe quas vires flaua moneta tenet.

Famina (si nummos offers) violare pudorem
Non timet, inq; tuos non negat ire senus:

Nec mirum, quia sola domi sine munere frugis
Mæret, nec lectum, nec leue tegmen habet.

Hos age, tu queras nummos qui cuncta ministrât,
Cernis vt ob nummos aurea tecta micant.

Omnia prorsus habet, non quidquam defuit illi,
Cui viuo semper plena crimina fuit.

Is lectum præstare potest, & frigora nūmus
Arcet, & ob nūmos regmina pulchra dabūt.

Agitur de
numisma-
te, quod
cæs exop-
tant.

Corporis est sanguis, vitæ mirabile robar
 Nummus, vbi is superest, nõ metuenda fames.
 Qui caret argento, vitam vix sustinet, illi
 Ingenuo quanquam regnet in ore decus.
 Qui contemnit opes, vltro qui respuit aurum,
 Creditur insanus, ridiculusque suis.
 Non equidem viuit, cui vita est indiga victus,
 Quin viuens moritur, viuit & moriens.
 Spiritus est gratus nummus mortalibus agris,
 Nam genus & formã plena crumena dabit.
 Sunt nummi fratres, sunt nũmi vita, salusque,
 Est nummus sanguis, delitiæ populi.
 Exbaurit meretrix venas, iuuenumq; crumenã,
 Demens cui gemino sanguine constat amor.
 Perdere qui metuit nummos, metuiffe videtur
 Mortem nam moritur, qui satur esse nequit.
 Supplicium patitur grauius, cui denitur aurum,
 Quam qui lethali stipite fixus obit.
 Qui bona disperdit, mortem perquirat amaram,
 Que solamen erit, metaque sola mali.
 Qui bona decoxit multo quesita labore,
 Hic me dilapidat, me facit esse iocum.

Nummus
 est anima
 mortali-
 bus
 Nummi
 seruari
 debent.

Sunt plures homines, qui vitam perdere malunt,
Quàm bona, quæ seruat parta labore graui.

Non mihi fit mirum, si toto accersitur orbe
Nummus, & ad Gangem per mare pauper ea.

Omnia nam cupido veneranda pecunia præstat,
Prædia, rura, domos, grandia sceptrâ, decus.

Eleuat ex imis quosdam, qui tecta superba
Aedificant natis, primigenisq; suis.

Deprimit & quosdam, qui paupertate laborant,
In domibus quorum nulla moneta sonat.

Est aliquis fœanum, menti qui præferat aurum,
Quique inhians auro, negligat astra Dei.

Alpibus hic pereat, qui se plus diligit aurum,
Non huic viuenti luceat alma dies.

Omnia quæ dixi, quanuis sint mente tenenda,
Hoc tamen exaudi, cordeq; condetuo.

Cum pereant nummi, mens & per secula duret,
Dic mihi cur quæris quæ peritura vides.

Contipias animo (si scis) maiora capaci,
Et nullo quæras interitura die.

Quid tibi profuerit terras coluisse patentes,
Illas si tandem mox feret vna dies.

O mentem extollas, & sacra palatia cœli
 Affecta, terra vilia quæque fuge.
 Sint vbi tam chari quondam, meditare parentes,
 Quovè loco iaceant corpora tanta ducum.
 Hec, tumulatur humi, putres facta cadavera fatet,
 Non sunt humanis aspicienda oculis.
 Sunt tria, quæ calum peperit, cæloq; teguntur,
 Res, animus, corpus, sed dno terra tegit:
 Ast animus liber clarum, conscendet olympum,
 Si præcepta Dei seruet, & alta colat.
 Causidicus res, sed corpus medicina tuetur,
 Defendunt animos iura sacrata pios:
 Omnibus his affert solatia maxima nummus,
 Causidicus nummos, & medicina petit:
 Congerit hic nummos, qui res defendere curat,
 Et qui robustum corpus habere cupit.
 Tempia sacerdotis nura cum laude frequentat,
 Non tamen ob nummū, sit licet ille iuuvūs.
 Vos fratres nummi, nummi vos estis amici,
 Subdita sunt vobis, cuncta creata solo.
 Indiga gens vobis magnū præbebit honore,
 Impletur venter, cum prius esset egens.

Sant tria
 quæ cælo
 teguntur,
 res, animus,
 corpus.

Pecunia
 est fideius-
 sor futuræ
 necessita-
 tis.

Aposto-
 plie ad nū-
 mos:
 Omnia pa-
 rent nū-
 mis.

Quin etiam diues, cui sunt plena horrea, vobis
Spontè quidem ò nummi subdita colla dabit.

Nummus
est baculus
vetuli.

Nemo igitur culper, videat si fortè senectam,

Quæ paupertatem deflet amara suam,
Est baculus vetuli nummus, venerabilis omni

Tempore, nam colitur diues vbiq; potens.

Et nati & natæ, cognati, ac turba clientum,

Si vetulo gazæ est, cuncta timent vetulum.

Senex pau-
per est mi-
ser.

Si tamen est pauper, miseri non ostia quisquam

Pulsat, & infirmo nemo parabit opem.

Ergo senex pauper miser est, fælicior ille est,

Cui cum diuitijs, longior aura fauet.

Non culpandus erit vetulus, si congreget aurum,

Vt tranquilla dies absque labore fluat.

Non etiam culpandus erit, qui queritat vndè

Eripiat nummos, queis alimenta parat:

Queis dotare queat natas, quæ dotis egenæ

Nubere non possunt, neuè decenter agunt.

Atque etiam possit pulcbros nutrire inuencos,

Vt iam grandeuum sustinuisse queant.

Vt toleret vitam, qualem tolerare parentes

Sunt soliti, & careat vita pudore sua.

Trans.

Transseat hoc æuum, victu contentus honesto,

Non sicut ut pauper, nec domus ære fluat:

Sit medium seruans, non vlla superbia collum

Attollat, nemo sentiat esse grauem.

Dirigere ut possit, quos turpis vita perurit,

Nec sinat hos etiam fortè perire fame.

Nūmus ad hæc confert, sine nūmis pauca videbis

Quæ prodesse queant, quæue iuuare queant.

Clausa patent nummis, illis præstantur honores,

Parua domus nummis colla superba leuat.

Qui vincetus fuerit, nummorum sæpe fauore

Liber erit, clauis nummus habere solet.

Qui cupit ad Gangem, pulchra transuare carina,

Offerat hic nummos, aurea nauis erit.

Ibit & ad Gangem multo prouectus honore,

Mercibus atque illum nauis onusta vehet.

Non cupiet quidquã, quod non sibi cõferat aurum,

Nūmus habet vires, lumina nūmus habet.

Propterea permittite seni, quod congreget aurum,

Vnde sibi auxilium suppeditare queat.

Turpe quidem duco vetulum quod turpis egestas

Opprimat, & pereat curua senecta fame.

CAVSA propinquantem deslet senis ultima
mortem,

Qua finem curis, est positura suis.

Quid sit
mors.

Dicitur etatis, mors nostra peractio quedam,
Desicit & (vita deficiente) calor.

Cōmoda
ex morte
proveniē-
tia.

Hanc miseram vulgus credit, sed docta beatam

Turba vocat, quoniā cōmoda multa parit.

Auxilium præbet miseris, solatur egenos,

Veste tegit nudos, excipit æde inopes.

Mors facit, vt famulis libertas detur amica,

Curarum ne illos sollicitudo grauet.

Pectore depellit curas, & inania frangit

Gaudia, languentes certa dolore leuat.

Hæc igitur prædest cunctis, quia meta laborum

Est una agrotis, quos medicina fugit.

Liberat horrifico detentos carcere, sursum

Extollens humiles, colla superba premit.

Diuitias spernit, spernit laquearia picta,

Subdit & imperio quicquid in orbe manet:

Omnia mors æquat: serui dominiq; sepulchro

Conduntur, mortis limina nemo fugit.

Mors oīa
æquat.

Ad superos præmonstat iter, caelestia pandit
 Gaudia, & æterni lucida testæ Dei.
 Non alimenta petunt, nec se satiare requirunt,
 Qui mortis trepidas, incoluere domos.
 Non vri se se, nec se torpere fatentur
 Frigore, qui ditis limina cæca colunt.
 Omnia mors reparat, vestitu corpora nudat,
 Nudaque telluris corpora veste tegit.
 Astringit laxa, & dissoluit corpora tensa,
 Aspera blanda facit, mollia dura facit.
 Funera natorum, non sentit putre cadaver,
 Non gemit opprobriũ quod fuit ante graue.
 Non segetes deflet, quas respondere colono,
 Iusta indignati non fuit ira Dei.
 Quæ quondam viuos læserunt, illa sepultos
 Ledere non possunt, cum tegat ossa lapis.
 Non timet iratos reges, incommoda rerum
 Contemnit, quoniam sensile morte perit.
 Humanis tabes noceat si lurida membris,
 Hos quoque despiciet mors animosa metus.
 Si sata nil generent, sed passim latifer annus
 Omnia consumat, qui sitit, ille flet.

Nulla fames animos cruciat, non vlla salutis
 Cura sua, mortem terrea nulla mouent.
 Funera sola petit moriturus, cætera ridet,
 Fructiferos quanquam Syrius vrat agros.
 Qui moritur, non iam persentit tristia fata,
 Pestifer autūnus nè ve nocere potest.
 Arescant herbae, victum viuentibus omnem
 Terra neget, sentit puluis & vmbra nihil.
 Cum fore per mortem tot cōmoda sentiat agrū
 Corpus, & absumptus sit quoq; morte labor:
 Expetit aternas conscendere protinus arces,
 Atque salutiferum iam penetrare polum.
 Limina quis mortis potuit superare superba?
 Quis præcepta Dei non obeunda probet?
 Pallida mors tenerā perimit sine fraude iuuctā,
 Demetit & pueros, demetit & vetulos.
 Non parcit ducibus, pedibus quatit aurea testā
 Magnatum, gelida pulchra recondit humi.
 Nil latet, abstrusi quanuis petat antra recessus,
 Omnia namque vno sunt peritura die.
 In luctus mundana suos mors gaudia vertit,
 Et solet in placidas saua venire domos.

Insigne vi rtute viros deturbat in Orcum

Mors, nihili faciens inferiora soli.

Quos cernit fortuna tuo exultare fauore,

Eripit, ast humiles præterit atra domos.

Apostro-
phe.

Eripit inuertas, nuptis ignoscere nescit,

Et quæ lata dies, iam modo tristis erit.

Pulchra etenim facies tabescit vulnere mortis,

Vertitur in cineres, quæ caro nuper erat.

Dic vbi forma decens, cõcors vbi gratia mēbris,

Ingenium, probitas, mors spolia ampla tulit.

Apostro-
phe.

Omnia prætereunt pelagi velut vnda fluentis,

Ac veluti celeri qui fluit annis aqua.

Omnia sub cælo dices insomnia, demens

Talia qui semper, cumque labore cupit.

Tendimus in mortem cūcti, properantius atrā,

Et sumus vt riui, quos capit vnda maris.

Omnes vna manet nox, omnes mors fera tollit,

Et tantum exigui cessitis vrna manet.

Vulgus inane, ducum generosa potentia, reges,

Pontifices parent, Mors truculenta tibi.

Tendit ad hanc vnam misero cum paupere diues,

Semper & absimiles, conficit vrna pares.

Flu-

Flumina, defluxus, torrentes, culmina, montes,
Omnia veloci præteriere gradu.

Qui modo seruus erat, vitales deserit auras,
Cæsar & in tumulto tu quoque magne irces.

Fabij. Ca-
tones.

Cum famulis Reges saxo conduntur eodem,
Omnia mors æquat, cunctaq; salce metit.

Decij.

Quid referã Fabios? quid nomina clara Catonũ,
Quid memorẽ Decios? quid genus omne ducũ.

Fulmina quid belli memorẽ Carthaginis altæ?
Sunt vbi ductores Dardana Roma tui?

Mors om-
niũ rerum
Ænis.

Omnia mors rapuit, perierunt omnia, quondam
Integra quæ fuerant, iã propè quassa vides.

Cuncta cita mortis pede conculcata labascunt,
Omnia canitie progrediente iacent.

Legibus astringi voluit natura potentes,
Atque humiles, legũ nemo recuset onus.

Parcat altrici rerum longæua senectus
Natura, chara hæc debuit esse seni.

Pennultima
illius, in-
differens:
quæadmo-
dũ & ipsius

Illius ille æquis se tradat legibus vltro,
Matris habet nomen, sanctaq; iura tenet.

Perpetuam vitam nunquam natura probavit,
Nec voluit subitum, præcipitare diem.

Præ-

Prescīpsit vitæ tempus, mortisq; futura,
 Quæ generi humano commoda multa parit.
 Quis fuit ille miser, placuit cui vitæ perennis?
 Quisq; sibi cupit sæcula longa dari?
 In tantis vitæ pœnis, quis vescier auras?
 Exoptet, prorsus ni careat cerebro?
 Si careas culpa, nec te fedaueris vlllo
 Crimine, sydereæ sede beatus eris.
 Iustorum mors grata Deo est, qui temperat astra,
 Et pandit iustis ostia clausa poli.
 Horridus est animi carcer miserabile corpus,
 Quem Deus è superis misit in has tenebras.
 Heu qui dum vixit (si vitæ id creditur vlli)
 In gelida vixit penè sepultus humo.
 Corpore deposito, liber conscendit in alta
 Limina, ubi vitam lumine plenus agit.
 Mors igitur rapiens homines, censenda futura
 Principium vitæ est, quæ sine fine manet.
 Corporibus viuunt animæ dū pene sepultæ,
 Tūc metuūt, cupiūt, tristia cuncta dolent.
 Et breuiter gaudent, breuiter quia gaudia durāt,
 At dolor adfigit, longius omne genus.

Apostrophe.

Beati qui in dño moriuntur.

Corpus est carcer aic.

Viuēs est veluti sepultus.

Mors est principia vitæ futuræ.

Quādo anima est corpore immersa, premitur duris affectionibus.

Dic

Vita an po
tius sit
mors.

Dic mihi, quis dicet potius se viuere, quàm se
Perpetuo (vita deficiente) mori?

Immortalis habet nomen, qui deserit istam,

Anima est
veluti auri
ga corpo-
ris.

Quam vitam dicis, cum tumulatur hu. 10.

Corpus e-
pitheta.

Corporis est veluti mens quaedam auriga furētis,

Corpus est
animæ
nus.

Est veluti clauus corporis vna anima.

Passio, & infernus, mæror vbi que premens,

Omnia fert animus, consistens corpore clausus,

Quod simul ac liquit, sydera clara petit.

Ceperit antiquos quæ tanta insania patres,

Nescio, cur patris facta negant superi:

Quid Auer
nus apud
priscos.

Non aliud quicquã gens illa putauit Auernum,

Anim^o cor
pori sub-
mersus.

Esse animæ nostræ, quàm rude corpus iners:

Corporibus mentes submersas esse fatetur,

Lumine quæ careant, corporis ima colant.

Quisquis apud Superos cõmissa piacula nescit,

In styge puniri, barbarus is pereat.

Hæmoquã
dum viuit
est in car-
cere.

Et cum vixerimus tenebroso carcere in isto,

Id tamen, id vitam barbara turba vocat.

Illi multa ferunt, duro qui carcere degunt,

Et possunt multos ennumerare dies.

Agre-

Egregium munus, terra tibi conferet auctor,
Si lachesis velox vltima fila neat.

Morte nihil melius, vita nil peius iniqua,

Optima mors hominum meta laboris erit.

Namq; iugum laxas, quod fert defessa senectus, Apostrophe.
Redditur, & liber, te veniente senex.

Victorumque graues adimis ceruice catenas,

Tollis ab exilio, frangere vincla potes.

Eripis indignis flauentis pondera masse,

Et nulli parcens, marmora firma refers.

Te sine supplicium vita est, carcerque perennis,

Solamen præbes, tu metuenda reis.

A primo præfixa die, quo nascimur æuo,

Tu tibi nos subdis, quod placet illud agis.

Appellat miseros homines, caligine cæcos,

Quos miser hic mundus decipit arte sua.

Qui grauis est annis, maturoque obsitus æuo,

Aerumnas, casus, mille pericla feret.

Sû natus lachrymâs, lachrymâs te vita relinquo,

Et viuo lachrymans, & lachrymâs morior:

Heu genus humanû, lachrymosum, debile, castû,

Te tandem miserum frigida terra teget.

Vive-

*Viuere nã modicũ est satius, quã viuere multũ:
Sponte viri multi cur volũere mori.*

*Qui sibi sponte manus infert, vult viuere felix,
Post obitum quarens otia grata animo.*

Ambrachi
ota puer. *Ambrachiota puer vitam indignatus amarã,
Vltro ille è muro præcipitatus obit.*

*Diuini voluens etenim monumenta Platonis,
Sape immortalẽ legerat esse animã.*

*Sed fuge præcipiti venias nõ in tartara saxo,
Vt qui socraticum de nece legit opus.*

*Nil generi humano melius natura dicauit,
Viuere quam paucos, hosq; timore dies.*

Mors est
genetrix
quietis. *Cur mortem metuis? genetrix est illa quietis,
Pellit enim morbos, pauperiemque fugat.*

Qui mori
tur iue-
nis, est Deo
charus. *Aspice quæ fuerit sententia vera Menandri,
Ille Deo est charus, qui moritur iuuenis.*

Laus mor-
tis. *Mors miseris requiem præstat, nõ læditur vnquam
Qui moritur, potius quæ nocitura fugit:
Quãuis id notum viuẽtibus esse videmus,*

*Claraque sit ratio quæ manifesta probet:
Vt mortem euadas, ferrum patieris & ignem,
Et trepidabis tam, si venit illa propè.*

Nescio

Nescio cur tanti facias, quod paruula febris

Eripit, aut rubro fusus ab ore cruor.

Tolle igitur mentem, si vis conscendere olympū.

Iussa Dei serua, sanctaq; festa cole.

Natorum turbam pascat longæua senectus,

Et charos generos curet habere domi.

Et famulis tribuat censum, quo viuere possint.

Debita persoluat, nè velit esse reus.

Filius uxorem ducat, natæque maritis

Nubant, ambobus præbeat auxilium.

Si pulchros pariat pueros, noua nupta marito.

Edoceat pueros verba referre Dei.

Subueniat vinculis, quos vincula acerba fatigat.

Debita persoluat, pauperiemq; iuuet.

Aeræq; distribuens iungat connubia, multos

Dirigat, ut vitam sustinuisse queant.

Egregios virtute viros, & nomine claros,

Adiuuet officio, nec sit auara manus.

Sapius expurget mentem, peccata sacerdos

Sapius excipiat, curua senectua tua.

Auferat & lites, concordem reddere curet

Discordes: pacem cogat habere suos.

Hæc

Hæc sunt quæ senium poterūt deducere in aulâ
 Aetbeream, & summo conciliare Deo.

Idiuuat & mentem, resonent si verba pudorem,

Mors propinqua an
 git senem.

Criminaque euitans, dogmata sancta colat

Aetatem, vitâque senis, mors certa propinquâs

Excrucians turbat, sollicitamque facit.

Atque adeo vetulus, placidam traducere vitâ

Vix poterit, mortem cum sciat esse propè.

Fortior ut fiat multo, quam cruda iuuentus,

Est opus ut mortis spicula non timeat.

Terminus ætatis est
 certus.

Terminus ætatum est certus, sed longa senectus

Non habet hunc certum, nâ propè finis adest.

Nè te sollicitet casus, quem ferre necesse est:

Doctus & indoctus mortis adibit iter.

Cum turpi pulcher, diues cum paupere lethum

Suffert: natura nemo recuset onus.

Præceptum hoc audi, memori quod mente repone,

Si vis ut placeat curua senectâ tibi:

Admiror tamen ut multos qui vixerit annos,

Horrescat vetulus fata subire necis.

Est fœlix vetulus, qui credit morte beatum

Se fore, cui terræ gaudia nulla placent:

Qui

Qui sapit, ille subit summo moderamine mortē,
Attamen insipiens impatienter obit.

Qui sapit, & credit post vltima fata manere
Gaudia, lætatur iam meliora videns.

Mentes æ-
ternę.

Qui fuit ignarus rerum, cælestia cuius
Non animum tangunt, deteriora cupit.

Si mihi permittant superi, quòd rursus in æuum
Regrediar primum, simq; quod ante fui:

Si mihi præteriti reddantur calitus anni,
Atque iuuentutis pascar amænus agro:

Non equidem ætatem mutem, non prima iuuetæ
Tempora amem viridis, nec puer esse veli:

Non ego præteritos mores, iuuenileq; robur,
Accipiam, vetulo sat mihi ruga placet:

Non iam præteritos possim tolerare labores,
Quos ego sustinui, quando iuuenta fuit.

Ergo quis insana sic mente feretur, vt optet,
Vt redeant qui iam præteriére dies.

Viuere quid prodest? quæ cõmoda vita superstes
Conferat, ignoro, cum labor inde fluat:

Vlla etenim si forte parit, fastidia gignunt,
Quæque dies oritur, mista labore oritur.

K Qui

Qui vitam longæuus agit, fastidit, & æger
Plurima natorum funera sæpe gemit.

Qui tamen est locuples, vita satiabitur vltros
Tædia sunt vitæ nam grauiora nece.

Nam video multos grauiter lugere labores,
Quos tolerant, gelidam ac velle subire necesse.

Ergo qui moritur sapiens, discedat vt hospes
è uita, hospitium deserat atq; libens.

In hac vita
hospites
sumus.

Non Deus in terris patriam, sed tecta morandi
Præbuit, vt uiuens hospita tecta colat:

Non iuuenes quærant puerorum ludicra gesta,
Nec referat iuuenum seria facta, puer.

Nec longum senium iuuenilia gaudia quærat,
Sed fessum recreent otia blanda senem:

At pereunt, pereunt quæcumq; ego gaudia dico,
Gaudia cum vita quàm cito prætereunt.

Vita no-
stra est no-
mine tan-
tū vita.

Quæ vitam appellas, vita est, sed nomine tantū:
Is solum uiuit, qui tenet astra Poli:

Exilium hoc nostrum, vitam sed nomine falso
Gens sine consilio, gens male sana vocat.

Qui viu-
re uicatur.

Viuere dicatur potius, qui mole relicta
Corporis, in sani despicit ima soli.

*Judice sub vero, quæ nobis vita vocatur,
Mors est, assiduis dilacerata malis.*

*Vita nra
est mors.*

*Sis licet Hyppolytus, non est tua vita vocanda
Vita, sed est potius mors miseranda nimis.*

*Omnes quippe malo testantur vivere mundo,
Vnquam iucundum nec sibi adesse diem.*

*In tantis vitæ penis, vitæque periclis,
Constituit sapiens vt morerere Deus.*

*Dulcis & alta quies, mors est censenda: facessat
Qui putat id risum, ludicra verba, iocos.*

*Mens mea sydereū dominū gemebūda precatur,
Vt repetat sedes lumine plena suas.*

*Mandetur terræ corpus, latitet que sepulchro,
At petat empyreum mens sacrisancta poli.*

*Corpora consurgent, quando diuina potestas
Iusserit, vt subeant iussa tremenda Dei.*

*Resurre-
ctio.*

*Ast animus purus superas conscendet in arces,
Tristeque gaudebit destituisse solum.*

*Cur mihi nō placeat, iam rūpere vincula carnis?
Detur vt abiecto parta labore quies.*

*Non odium, non rixa mihi iam lumine casso,
Nullaque vestitus sollicitudo mei.*

Non nati venient in mentē, nec ferus æstus
 Exuret, glacies non mihi tristis erit.

Nec malè sana fames, cruciabit mortua mēbra,
 Non ego latabor, non ego maestus ero.

Non ancilla mihi, non seruus, nulla virago
 Iurgia miscebunt, non malè ludar ego.

Nil cerebrū lædet, nil humida pectora stringet,
 Nec iam pulmonē tussis anhele premet.

Non lumbis grauitas, non nobis humida venter
 Reddet: nulla mihi causa doloris erunt.

Non colicus morbus vetulū, non saua nephritis
 Opprimet, haud nobis hernia morbus erit.

Felix esse mori, cunētī iuuenesq; senesq;
 Affirmant, paucis sed necis hora placet.

Limina quisq; Erebi nigra caligine tecta
 Horret, & inferni regna tremenda Dei,

Mors genere humano placeat, cū morte quiescūt
 Hæc mala, quæ viuos sustinuisse uides.

Vita homi
 nis obno-
 xia pericu-
 lis.

Subdita prob varijs quā nostra est vita periculis,
 Mors precibus multis ergo petenda Deo est.

Incolit abiectas dimissus ab æthere sedes,
 Hic animus, mirè ac corpora nostra fouet.

Corpus

*Corpus vt humanū terras habitasset, in illud
Hunc animum infudit gloria magna Dei.*

Libatas animas diuina ex mente recepit

Corpus id in terris, indeq; vita fluit.

Non poterit vetulus, longam producere vitam,

Si fera vis morbi membra caduca premat.

Non plagis, ferro uè cadit, sed spontè senectus

Deperit, extinctus sic latet ade focus.

Imbribus vt crebris ardens extinguatur ignis,

Sic perit ò robur, sana iuuenta, tuū.

Si pereat vetulus, petit hoc natura: repugnat

Illa tamen, quando pulchra iuuenta perit.

Non agrè carpes matura ex arbore poma,

Cruda sed euelles vi melimella tibi.

Vi moritur iuuenis, moritur sed sponte senectus,

Hæc mors natura, nec tamen illa placet.

An lachrymis, luctuq; graui mors flenda, Solonis

Verba sonant, gemitu cuncta replenda fore.

Ennius è contra, prohibet quòd funera quisquã

Deploret lachrymis, talia voce canens:

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu

Faxit: cur? uinns versor in ore virum.

Cur animus
è cælo in
terrâ di-
missus?

Simile

Similitudo

Queritur,
an mors sic
flenda, vide
quid sèriat
Solõ.
Ennius.

Nè plores igitur, quando mors ostia pulsat,
Moleq; deposita, corporis astra petis.

Inter spem, curamque timores inter & iras,
Versatur, curis vltima plena dies.

Mox aderit iucunda dies, iucunda quietis
Hora, memor certa tu tamen esto necis.

Tunc fugiunt curæque catenatique labores,
Gaudia non remanent, sed fugitiua volât.

Hæc vtraque manu, complexuq; assere toto,
Desere quæ pereunt, nec peritura tene.

Non est (crede mihi) sapientis dicere, viuam;
Immo si sapiens es, bene viue hodie.

Pange dolos quondam cõmissos, crimina pange,
Ipse iubet mortis, te meminisse Deus.

Apostro- **Hæc mortem inuisam, quæ sola vlticibus armis,**
phæ. **Magnorum potis es sceptrâ domare ducû.**

Tu paruos, magnosq; premis, tu fortibus æquas
Imbelles, ducibus par quoque miles erit.

Tu iuuenes perimis prima florente iuuenta,
Non oblita graues & metis ense senes.

Scilicet omne sacrû mors importuna profanat,
Omnibus & crudas inijcit illa manus.

Mor-

Mortales tandem cunctos expectat auarus
 Portitor, & turbæ non satis vna ratis.
 Tendimus huc omnes, metâ properamus ad vnâ,
 Cuncta suo subdit mors truculenta iugo.
 Fortunæ arbitrijs tempus dispensat vbique,
 Nec iuueni parcit, nec fera larua seni.
 Quaque ruit, furibunda ruit, vastumq; per orbē
 Fulgurat, & nigris nigra triumphat equis.
 Mistra senum, ac iuuenū densantur funera, nullū
 Sæua caput pulchrum, turpe uè Iuno fugit.
 Hæc mors certa facit, pauido fortiq; cadēdū est:
 Lōgius aut proprius mors sua quæq; manet.
 Non sunt diuitiæ portandæ Acherontis in oras,
 Trans styga te nudū Portitor ille feret.
 Cum victo victor nigro spatiantur in Orco,
 Consule cū Mario capte iugurtha sedes,
 Diues Dulichio non distat Cræsus ab iro,
 Inter & Heroas Dauus iniquus erit.
 Quid genus, aut virtus Marcello profuit vlla,
 Quidvè fuisse sacri Cæsaris in gremio?
 Aut modò tam pleno fluitantia vela theatro,
 Et per maternas omnia facta manus?

Tu Marcel
 lus eris. vi
 de in 6.
 Aencidos.

Occidit, & misero fuerat vigesimus annus,
 Tot bona, tam iuueni clausit auara dies.
I, nunc tolle animos, & tecū finge triumphos,
 Partaq; ab inuictō finge trophæa duce:
 Attalicas supera vestes, & eburnea vasa,
 Et tamē heu rapido hæc igne cremāda dabis.
 Sed tamē huc omnes, huc primus & vltimus ordo
 Peruenit, & cunctis ista terenda via est.
 Cerberus orandus, cui sunt tria guttura, demum
 Scandenda est torui publica cymba senis.
 Ille licet cautus ferro se condat aheno,
 Mors tamen inclusū protrahet inde caput.
 Non robur fortem, nō vis exemit Achillem,
 Non aurum Cræssū, Nerea non facies.
 Imperat hæc cunctis, & ineuitabilis omne
 Ius capit, inuiti subdita colla dabunt.
 Nemo diem proferre potest, quē parca notauit,
 Illa etenim implacidè fila suprema secat.
 Nulli vnquam licuit tres exorare puellas
 Laniferas, seruant, quem statuere diem.
 Diuitior Crispo, Trasea constantior ipso,
 Sis licet, & niteat mensa parata tibi:

Mortis ter
 minus pre
 teriri nō
 potest.

Nil lachesis penso adūciet, fusosq; sororum

Explicat, & semper de tribus vna necat.

Seu pacem, seu bella colas, stat terminus eūi

Omnibus, est nulli mors fugienda viro.

Est eadem lethi cunctis via: non tamen vnus

Est vitæ cunctis, exitijq;ue modus.

Mille modis lethi, miseros mors vna fatigat,

Hi bello pereunt, hos rapit vnda maris.

His amor exitio, furor his & saeva cupido,

Vt sileam morbos, hi periere gelu:

Illos implacido lethalis Sirius estu,

Autumnus manet hos, hos glacialis hyems:

Quidquid sub caelo est, sinem exhorrescit, at oēs

Ibimus: inferni ianua trita patet.

Nemo igitur superat mortem, sed vita frequēter

Labitur, heu multis exagitata malis.

Nemo illam metuat, mors nāq; est vltima pœna

Corporis humani, sit licet illa grauis.

Cernere qui vultus Acherontis mortuus audet,

Illi ego Pellæū robur inesse puto.

Qui stigij frontem non horret cernere regis,

Aequalē hunc superis dicere quisq; potest.

Pone-

Moriēdi
modus est
multiplex.

Ponere qui finem vitæ constantius audet,
Virtute Alcides, robore & Hector erit.

Quis fœlix ad eò placida qui mente referre
Audeat hoc verbum? sub pede calco necesse.

Vna tamen spes est, miseri solamen egeni,
Non fore morte sua perpetuanda mala.

Quis pe-
reat mitis. Mitius ille perit, subita qui mergitur vnda,
Quàm sua, qui liquidis brachia lassat aquis.

Fortunata nimis que non se dulcibus annis
Inferit, & mœstis mors vocitata venit.

Eheu quàm surda miseros auertitur aure,
Nec flentum tristes percipit aure sonos.

Est hominis pauidi mortem exoptare frequenter,
Mortem optare malum est, & timuisse malum.

Qui nihil exoptat, mortem contemnit amarant
Si sperat, non vult fata subire necis.

Mors est
ultima re-
rum linea. Est (vt fama canit verè) mors vltima rerum
Linea, quam celeri constat abire pede.

Maxima pœna viro, qui fecit crimen honore
Indignum, hic mallet morte perire graui.

Viuere turpe puto, si tu priueris honore,
Indignus vitæ es, sis licet ære potens.

Non

Non mea mors cuiquã, verũ mea vita dolẽda est,

Quæ iacet in tenebris, tota sepulta malis.

Soluitur omne decus letho veniente, per artus

Pallor abit niueos, forma, calorq; perit.

Flauentes cecidẽre coma, violataque ceruix,

Non est in labijs, qui fuit ante rubor.

Felix ò si longa dies, si cernere vultus

Natorum lætos, iustaq; parca daret.

O miserum? media cecidẽre abrupta iuuenta,

Gaudia, florentes mors rapit atra viros.

Qualia siccatis simulantur lilia culmis,

Pubentesq; rosas arripit auster agris:

Aut vbi verna nouis expirat purpura pratis,

Omnia quæ siccatur, sirius igne graui.

Disce Dei mandata senex, & mente reconde,

Auribus arrebtis, singula dicta cape.

Non furtũ faciat quisquam, periuria cessent,

Detrabat & nemo, mutuus insit amor.

Exurgat pietas, probitas seruetur in imo

Pectore, nec quẽquã ledere quisq; velit.

Mitescant mores, seruetur semper honestas,

Religio toto luceat orbe pia.

Mortui aut
moricis
periphra-
sis.

Simil.

Exhorta-
tio senilis.

LIBER

Pax foueat terras, armata recedat erimnis,
Ingenuus iuuenum splendeat ore pudor.
Aurea conscendat virtus, regnetq; decora
Simplicitas, toto fulgeat orbe decus.
Integritasq; hominū teneat sanctissima mentes,
Pectore rusticitas, fraus inimica procul.
Paupertas semper, foueatur diuitis ære,
Sit procul à nostra vita superba domo.
Nō Venus aut Bacchus perstrigāt lumina mētis,
Effuge quod nocuit, quodq̄ nocere potest.
Ingenuos pariat natos fœcunda marito
Vxor, & in cunctis seruiat illa viro.
Sit quoque dilecto, coniux dilecta marito:
Alter & alterius iurgia subdiceat :
Edoceant pueros pietatis numen amare,
Et grates summo reddere sæpe Deo.
 Apostro- *Ergo senex venerare Deum, cœlestia quære,*
 phe *Sorte tua latus, viuere perge senex.*
Parce reis, cunctis præbe solatia, nunquam
Edibus expellas, quos satiare potes.
 ○ *age præclaros præclaris instrue natos*
Moribus, vt uiuant corde timente Deum.

Instrue

Instrue tu famulos, domini vt pia iussa facessant,
 Aequaque sit manibus virga vibrata tuis.
 Orbatos patribus cura, sit cura puellas
 Iungere connubio, nè vitietur honor.
 Filia cognoscat, quàm sint tibi numina chara,
 Exemploque tuo numina sancta colat.
 Regis & imperium supplex reuerentia seruet,
 Sit commissà Deo regia vita, salus.
 Obserua præcepta Dei, si viuere cælo
 Expetis, & sedes incoluisse poli,
 Quicquid terra creat, tacito consumitur æuo:
 Omnia quàm celeri sunt fugitura pede.
 Hæc tibi profuerint, vt quando nuntia mortis
 Adfuerint, placidâ nuntia mente colas.
 Iustorum precibus numen placatur Olympi,
 Seruat & insontes, & pietate fouet.
 Quando erit illa dies, qua me super astra volatæ
 Aligeri excipiet clara corona chori?
 Quando refulgentis splendentia sydera cæli,
 Attonitus mirer, quandouè liber ero?
 Non negat auxilium dominus poscentibus illud,
 Ex animo puro, si pia corda petant.

Carcere dimisso, quando conscendet in altum

Mens mea, corporea mole grauata, polum:

Quando ego iam vero lustratus lumine, Olympū

Conscendam, quando lumine plenus ero?

Quādo ego certus ero, quāta sub nocte profunda,

Nostra dies iaceat? quam sit amara dies?

Quando ego ridebo miseri ludibria mundi?

Quando ego mirabor, sydera fixa polo?

Quando ego contemnēs collatos Regis honores,

Pro nihilo faciam, si fauet ille mihi?

Quando ego sub pedibus ponam fastigia rerum,

Et quæ terra parit, turbinis plena putem:

Quando ego fortunæ dicam, tua iussa refello,

Seruiat imperio, qui tua iura timet.

Imperio fortuna tuo parere recuso,

Est ratio vitæ sæpe tenenda mea.

Quando ego ridebo technas, quas inuenit ille,

Qui benè nummati nomen habere cupit.

Qui satur est animo, diues censendus, at arca

Nunquam diues erit, plena sit illa licet.

Quādo ego subsanē quosdā, quos plebs vaga san-

Esse putat, rapidos quos inuat esse lupos. (Elos

Exo

Animus nō
arca est di-
ues.

Experiar (nec vana fides) genus esse supernū
 Placatum, cum lux fulserit alma mihi:
 Tunc ego conspiciam radiantia lumina cæli,
 Tunc mihi lufcescet gloria magna Dei.
 Numine tunc vero implebor, molesq; peribit
 Turbida curarum, tunc mihi parta quies.
 Diuitias spernā, damnabo lumina terræ,
 Quæ sibi cum fidant, se peritura negant.
 Ridebo populi mores, fraudesq; dolosq;,
 Et varios casus, cuncta parata neci.
 Summo mirabor pretio constantia, finem
 Tandē habitura, graui ac parta labore bona.
 Rideboq; hominum pompas, fastusq; superbos,
 Teq; colam tantum, spes mea sola Deus.
 Ad superos conuertam animū, cælestia mente
 Complectar: solum respiciamq; Deum.
 Iustitia frænabo animum, mentemq; domabo,
 Quicquid virtutem non sapit, effugiam.
 Omnia quæ faciam, ratio moderabitur vna,
 Pectore feruescet Christus, & alma fides.
 Pax erit in terris, si regnent iura fidesq;,
 Sustinet hæc vrbes, hæc sine regna ruent.

Agitur de Principio generata fides, diuulm̄q; hominumque
fide.

Et decus & nomen, qua sine cuncta cadūt:

Hac sine non tellus pacem, non æquora norunt,

Est pacis consors, iustitiãq; soror.

Firmat pacta viris, vngit connubia sancta,

Imponit finem litibus illa feris.

Discordes animos iungens, & fœdere vinctos

Alligat alma fides, paceque cuncta beat.

Fides ma-
turos exi-
git annos.

Ista fides semper maturos exigit annos,

Exclusa à pueris, permanet in senibus.

Illa quidem teneris rarò splendescit in annis,

Sæpe vides iuuenes deseruisse fidem.

Sed iam tēpus erit, vetulū vt cōdamus in vrna,

Funera sint tumulo diuite facta manu.

Est honor
placare a-
nimas.

Est honor & tumultis animas placare paternas,

Et pia inextructas, munera ferre pyras.

Parua petunt manes, pietas pro diuite grata est

Munere: non auidos styx habet ima deos.

Omnia cum rapiat mors hæc cōmunis in æuo,

Sæpius est multis sed referenda modis.

Mors ex-
tollēda.

Hanc extolle necem, atq; immēsis laudibus orna,

Quam quoque supremo scis placuisse Deo.

Ipse

Ipse mori voluit crudeli stipite pendens,
 Pro nobis passus, crimina nostra luit.
 Res igitur, magna est, illam voluisse subire
 Authorem vita: nam fuit illa salus.
 Nec tibi sit mirum, dominū metuisse timendam
 Pro nobis mortem, nam caro nostra timet.
 Spiritus intus habet robur: quia iussa parentis,
 Dum complere cupit, victima sacra fuit.
 Omnia cum posset, potuit vitare nefandum
 Iudicis arbitrium, nec tolerare necem.
 In cruce suspensus, voluit succumbere morti,
 Ut populū erueret de Pblagetontis aquis,
 Indeque surrexit, postquam iam morte piauit,
 A misero populo crimina facta reo.
 Presidit in cælo victor, iam morte subacta,
 Illius imperium, subdita cuncta tremunt.
 Ipse tuis manibus noli conciscere mortem,
 Quæ Deus adiunxit, soluere nemo velit.
 Si leges seruare Dei reuerentia cogit
 Mortales, nemo se petat ense suo.
 Non animæ quisquam poterit dissoluere vincula,
 Ni Deus hoc faciat, qui religauit eam.

Nemo sibi
 conciscat
 mortem.

Qui sibi
mortē in-
fert, animā
suā peri-
mit.

Inferni tenuere locum, qui luce perosa,
Proiecere animas, & voluere mori.
Non mortē metuas, non optes, illa propinquat,
Cum vult stellato qui residet solio.

Agitur de
medicina.

Nemo potest superare necem, differre potentes
Sunt medici, medica si tamen arte valent.

Eripit interdum, modo dat medicina salutem,
Qua; iuuat, mōstrat, qua; sit herba nocēs.
Et latro, & cautus præcingitur ense viator:
Ille sed insidias, hic sibi præstat opem.

Discitur innocuas vt agat facundia causas,
Protegat infontes, sacrilegosque premat.

Tria faciūt
vetulū ti-
mere necē.

Deiectæ vires, morbus, longæua senectus,
Sunt tria pulsantis præuia signa necis.

Ergo senes sibi constituent de marmore busta,
Queis iaceant, quando mors sibi certa venit.

Aude aliquid genitrose senex, quod fama perēnt
Euebat in cælum, gensque futura probet.

Vive diu cautè, procedant singula rectè,
Sis memor ætatis, quod decet, illud age.

Hoc te cōmoneo, ne te iuuenilibus annis
Inserc, cum senibus sæpe loquare senex.

*Sis prudens, cœlebs, serua mandata superni
Numinis, obserua singula iussa Dei.*

Hoc te præterea, crebro sermone monebo,

Abiectam vt terram te coluisse scias.

*Omnia facta puta quòd constet gentibus, vllum
Secretum vitijs non dare quisque potest.*

Est nihil in terris occultum, cuncta patescunt,

Per latebras omnes fama subinde meat.

Abstrusos penetrat temeraria fama recessus,

Detegit occultum, factaq; cuncta canit.

Iraisci noli, calidum compeſce furorem,

Et bonus, & clemens, & pius esto reis.

Quo quisq; est maior, magis est placabilis ira,

Et faciles motus, mens generosa capit.

Corpora magnanimo satis est prostrasse Leoni,

Pugna suum finem (cũ cadit hostis) habet.

At lupus & turpes instant mortalibus vrsi,

Et quæcunque minor, nobilitate fera est.

Ira furor breuis est, sed frenis, atque catenis

Hanc preme, ne irato dâna tremèda creet.

Ora tumen ira, nigrescunt sanguine venæ,

Lumina Gorgoneo sauius angue micant.

Omne oc-
cultum teus
latur.

Fama oia
aperit.
Fama abs-
trusa oia
pandit.

Animus ge-
nerosus est
facilis.

Leo mag-
nanimus.

Animus ig-
nobilis est
rudis.

Quid sit
ira.

Effectus
ira.

LIBER

*Tu nunquã dederis spatiosum tempus in iram,
Sæpe simultates ira morata facit.*

*Est tẽpus
ira cõdo-
nandũ.*

*Interpone senex tempus, dum ferueat ira,
Vt fragilis glacies, interit ira mora.*

*Interit ira
mora.*

*Admoueas si fortè facem, fit fortior ira,
Scintillant oculi, mens propè victa ruit.*

*Ira indi-
cia.*

*Pallida fit facies, pallore tumescit in iram,
Ore nitent spumæ, feruet in ore cruor.*

*Præcipitata ruit, rabie succensa tumescit,
Vt requies membris, non queat esse suis.*

*Sed iam tẽpus erit iuuenes mea Musa furentes
Vt doceat, pura vt viuere mente velint.*

*Mortis re-
cordatio
cõpescit
furore.*

*Finge animo mortem venturã flore iuuentæ,
Hæc nè delinquas, te cõhibere potest.*

*Effuge peccatum, noli consortia fæda,
Turpia qua fuerint, sint tibi dura nimis.*

*Effuge, nè macules fædè connubia sancta,
Perdere te pudeat, parta labore tuo.*

*Litibus abstineas, noli contendere, mitis
Omnibus esto, parũ sit tua lingua loquax.*

*Nè quenquã lædas, nulliq; obnoxius esto,
Atq; iuuentutis projce mente iocos.*

Indulge

*Indulge famulis, noli cruciari merentes,
 Verbere sed soluant, quæ meruere, leui.
 Ut teneras natæ deducant effice lanas,
 Effice vt adiscant neçtere fila colo.
 Non cupias vnquã, quæ sunt malè parta labore,
 Non loculũ ditent, turpia lucra tuũ.
 Nupta tibi coniux doceat seruare pudorem
 Filiolas, careat vita pudica notã.
 Soluant filioli patri pro munere grates,
 Quem sanctè obseruent, què reuerèter amèt.
 Conciliet ciues, si quæ discordia mentes
 Perturbet, trepidus si furor arma petat.
 Ambitione graui nunquam vexetur, acerbum
 Inijciat frænnum sollicitudinibus.
 Non se discruciet, non se contorqueat vnquam,
 Sed sinat vt fiant iussa suprema Dei.
 Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,
 Vno namque modo vina, Venusque nocent.
 Ut Venus eneruat vires, sic copia Bacchi,
 Debilitatque pedes, debilitatque caput.
 Abdita cæcus amor secreta reuelat in auras,
 Arcanum demens detegit ebrietas.*

Apostro-
 phe
 Effectus
 Veneris &
 Bacchi.
 Abdita a-
 mor reue-
 lat.
 Ebrietas
 detegit ar-
 cana.

LIBER

*Bellum saepe parit ferus exitiale Cupido,
 Saepe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
 Quid, nisi blanda Venus Troianas eruit arces,
 Tu lapithas bello perdis Iacche graui.*

Métes ho- Cum mentes igitur numen furiarit vtrunq;
 minū obco Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.
 cat Ven^o & Tu Venerem vinclis, vinclis & stringe Lycaum.
 Bacchus. Nec poterit Bacchus, nec tibi obesse Venus.

Modus vtré Vina sitim sedent: natis Venus alma creandis
 di Venere Seruiat: hos fines transilisse nocet.
 & Baccho. Tranquillum vt possis traducere leniter auum,
 Hac lege & hac tacito pectore conde tuo.
 Fingit equū, tenera docilem ceruice magister
 Ire viam, expertus quā sibi mōstrat equesti
 Venator postquā catulus latrauit in aula,
 Militat in syluis, insequiturq; feras.
 Adbibe sincero praestantia pectore verba,
 Tu puer, & sana mente reconde tua.
 Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
 Testa, sit ille bonus, vel liquor ille malus.
 Dum faciles animi iuuenum, dū mobilis aetas,
 Fac pius vt teneris mentibus insit amor.

Collige virgo rosas, dū flos nouus & noua pubes,

Et memor esto æuum sic properare tuum.

Tempore quo floret pubes, addiscere mores

Nitere præclaros, instrue quæso animum,

(?)

☞ Finis libri noni. ☞



LIBER DECIMVS.

Sonus est
fimilis ne-
ci.



Ost quã me fessũ rapuit, pressitq; iacētũ
Dulcis & alta quies, par mihi visa neci:
Apparet vetuli numẽ referētis imago,
Canities mentũ sed veneranda tenet:

Excudit actutum, dulci moderamine somnum,
Miranti subitò talia voce refert.

Sunt tibi deuincti multum iuuenesq; senesq;ue,
Pinxisti bellè, quæ latuère diu:

Describis mores animi, deliria. morbos,
Quos ætas viridis, quoque senilis habet:

Te tamen immemorem meritò appellare licebit,
Namq; senectutis cõmoda mira taces.

His ego suspensus monitis, implere senectæ
Iussa volo, referam, quæ referenda iubet.

Præuilegia
senum.

Prima seni sedes debetur, primus in vrbe
Iura dabit ciues, iustitiaque reget.

Consilio vetuli sententia sana probatur,
Audeat & nemo carpere verba senis.

Illius ad nutum iuuenes connubia nectant,
Illius ad nutum dos quoque danda viro est.

Si vetulus fuerit dumosus, sentibus horrens,
Illi haud conuenient, quæ modo scripta legis.

Ari-

*Arida non poterit quicquam producere tellus,
 Sic animus siccus, non nisi praua creat.
 Qui fuerit senior, iuuenem præcedet honore,
 Sit licet hic iuuenis diues & vrbe potens.
 Vota iuuentutis cedent senioribus annis,
 Sit licet hæc iuris lumine plena sacri.
 Magna iuuentuti debetur gratia doctæ,
 Debetur maior gratia sed vetulo:
 Non ratio vehemens locupletat pectora pubis,
 Omnia sed senij pectore fixa sedent.
 Nam satis est vetulos multos vixisse per annos,
 Vt norint quæ sint vtiliora sibi:
 Nil iuueni prodest parua experientia & vsus,
 Paucula qui vidit, pauca referre potest.
 Plura quidẽ monstrat longa experiẽtia, quã vel
 Subtile ingenium, vel iuuenile decus.
 Expertum fallet vetulum (mibi credite) nemo,
 Illum nec miserum quisque vocare potest.
 Quĩ fieri poterit, moriatur pauper in æuo,
 Fortunæ lusus, cui nocuisse nequit.
 Non fuit vsq; ad eò quisquã tam prouidus vnquã,
 Vt vitio careant, qui periẽre dies.*

Experiẽtia
 prouidẽtię
 magistra.

LIBER

Tempore nam quædam multo meliora putantur,
Tempore mox eadem deteriora vides.

Ergo cum in senibus ratio, experientia & usus
Luceat, est senibus magna adhibenda fides.

Hæc tria demonstrant, casus quos scire putabas,
Te nescire: sapit (crede) senectæ mibi.

Per varios
casus fecit
artem expe-
rientia.

Per varios casus artem experientia fecit,
Exemplis monstrans (arte iuante) viam.

Scit bene venator, cervis ubi retia tendat,
Scit bene, qua rabidus valle moretur aper.

Aucupibus noti frutices: qui sustinet hamos.
Novit, queis piscis tecta locarit aquis.

Venturam melius præ sagit nauita mortem:
Percussus didicit miles habere metum.

Conspectumque canem longè fugit agna, lupumque
Credit, & ipsa suam nescia vitat opem.

Membra reformidant medicinae saucia tactum,
Vanaque sollicitis concitat umbra metum.

Ergo senectæ suis nimium lassata querelis,
Si quodcunque malum concipit esse, fugit.

Simil.

Quæritur ex fuco facies formosa, petatur
Versibus ex alijs lux aliena meis.

Pro-

Propterea quædam suffuror carmina, nobis
 Ne vitio veritas, crimine furta carent.
 Roma magistratus summo dignatur honore,
 Detulit hunc senibus Roma seuera suis.
 Hos similes iuuenis senibus præstabit honores,
 Quos pater à natis, debet habere suis.
 Quocirca iuuenis (celebratur curia quando)
 Longæuo socius cum sene fidus eat,
 Affixus valuis spectet, rursusq; reducat,
 Quem prius adduxit; gaudeat esse cliens.
 It quando ad cœnam, vetulus quam fecit opimã,
 Non prius accumbat, quam vetulus sedeat.
 Non prius accumbat, metuens nè longa senectus
 Serius adueniat, deficiatq; locus.
 Magna senectuti seruata est gratia quondam;
 Proh dolor, ast hodiè stulta iuuenta furit.
 Sublatà mensa, seniores surgere primum
 Debent, tunc sequitur docta iuuenta senes.
 Tunc fuit in pretio Romana potentia, quando
 Illa suis senibus scepra regenda dedit.
 Auctus honore fuit vetulus tunc tēporis ante
 Inter honoratos, dignus honore fuit,

LIBER

Roma antiqua senem diuinis laudibus ornat,
 Si tamen is fuerit, quem sua vita probet.
 Si tamen is prauis oppressus moribus, inter
 Infamis, meritum speret habere locum.
 Cum vetulo iuuenis si sit conuiua vocatus,
 Adducat vetulum, si in sua tecta redit.
 Si tamen adueniat, cogatur longa senecta
 Iudicio sisti, praesidis ora petens:
 Iudicis arbitrio capiet subsellia coram
 Iudice, quò causas exposuisse queat.
 Si caput est nudum, subito texisse iubetur,
 Frigora nè ledant membra caduca senis.
 Funera si forsàn sequitur subtristis amici,
 Sedibus in medijs excipiendus erit.
 Protinus assurgent, ponent subsellia, coram
 Adstabant, donec sit prior ille sedens.
 Pendebunt omnes intenti ex ore loquentis,
 Atque animo excipient singula verba senis.
 Regia maiestas vetulum si accersat, amice
 Hunc recipit, coram sessio certa manet.
 Audiet & vetulum, gaudebit verba loquentis.
 Percipere, & donis accumulabit eum.
 Non

Non erit inuitus tutor, non bella sequetur,

Illi pulsanti, regia tecta patent.

Is poterit liber fœtentes ædere flatus,

Expuere & quoties libera bucca velit.

Non negat ingressum quisquam, si forte senectus

Aulica nobilium tecta subire cupit.

Per quasq; velit, poterit spatiarier vrbes,

Dummodo vestitu membra caduca tegat.

Ille sedens audire potest pia sacra, sacerdos

Qua facit, & tectus dicere verba Deo.

Cogitur haud vetulus vinculis deducere vinclos,

In loca delicti, ne uè cubare propè.

Si princeps tumidi tractet bella horrida Martis,

Non Regi vetulus cogitur esse comes.

Vinum haurire potest, caueat temerarius esse

Ex vino, capiti uina nocere solent.

Si iubeat Rex incendi syluestria rura,

Non vetulus debet, rura cremare sua.

Si quis forte alium duro sub Marte lacestat,

Non erit ex vetulis qui paret arma sua.

Si iubeant leges urbem defendere ciues,

Non erit astrictus belligerare senex.

Legi-

LIBER

Legibus exemptus, noctem dormire quietam
 Audebit, nullo sollicitante senem.
 Nulla datur populo requies, si praelia ciues
 Commiscent: vetulos sed fouet alta quies.
 Filia si Regis fuerit sponsata marito
 Externo, nuptæ non erit ille comes.
 Ausus erit nemo in vetulos distringere ferrum,
 Grandior est ætas, quàm queat ense peti.
 Is fuit insanus, vetuli qui grandia verba,
 Pectore concepit, quæ iacit ira leuis.
 Non iudex non prætor erit, non denique rector,
 Non onus impositum longa senectæ feret.
 Gaudia promeruit, qui tot gustauit amara,
 Hæc longæua ætas tædia multa tulit:
 Quis malè sanus erit, qui non commendet honesti
 Ætatem vetuli, quem mala multa premunt.
 Cum barba possit vetulus procedere raso,
 Ridebit quorsum stulta iuuenta senem?
 Obuia si vetulo fuerit benè sana iuuentus,
 Secedens, vacuam desinet esse viam.
 Ædes sacra fuit Romæ constructa senectæ:
 Culta fuit quondam, numinis instar habens

Tanta

Tanta fuit semper, capitis præstantia cani,
 Ut numen Nilus crediderit senium.

Non velut inculti, aspernamur sæpe verendam
 Canitiem, primi quam coluere patres.

Illæ dolens, omnes cur vos me temnitis inquit?
 Cur me despicitis? non mea ruga placet?

Querimonia
 caniti-
 ciei.

Nunc estis iuuenes, veniet sed lassæ senectæ,
 Et quod nunc facitis, vestra senectæ luet.

Legibus antiquis cautum, quod lata iuuentus,
 Obsequium præstet, longa senectæ tibi.

Scipio dilexit fratres ætate priores,
 His (quia maiores) sessio prima fuit.

Hoc ratio poscit, qui primus vescitur aura,
 Hic primus sedeat, primus in æde fiet.

Invida fatorum series cur cuncta retrorsum
 Versa trabis? quorsum deteriora probas.

Apostro-
 phe.

Omnia mutantur, nil fixum permanet unquam,
 Nam quæ recta prius, deteriora facis.

Hospes erat, fido tractabat pectore fidum
 Hospitium quondam, verus amicus erat:

At nunc est contrà: postquam satiauerit alium
 Hospes, in ancillas turpia sæpe mouet.

Eripit

Eripit inuptam, rem clausam surripit arca,
 Ausugit, arripiens æra reperta domi.
 Quis non flāmetur rabie, qui conspicit æuo
 Talia, de solio fulmina mitte Deus.
 Sed modo mutantur mores, pia numina nobis
 Supplicibus faueant, auxiliumq; ferant.
 Sit licitum iuueni, dimisso lumine fari,
 at vetulo sermo cum grauitate fluat.
 Audax sit vetulus, quē non culpauerit vnquā,
 Qui fuerit præsens, ni velit esse rudis.
 Si quæ fortè senex loquitur, grauitate loquatur,
 Rarius at iuuenes id grauitatis habent.
 Quæq; etiam loquitur firmo de pectore profert,
 At iuuenis timidè verba loquentis habet.
 Pectore libertas regnat, quæ cogitat, ore
 Promit: sed iuuenis pectore condit ea:
 Non tacet, ant simulat quidquā, si credit id esse
 Vtile: sed iuuenes omnia corde premunt.
 Audax præstat opẽ, si quando postulat vsus,
 At iuuenis timidè singula quæq; facit.
 Si vetulus fuerit medicus, non segniter ægris
 Imperat, at iuuenis nil grauitatis habet.

*Si non exhibitum medicamen profuit agro,
 Non timet, at iuuenis pertimet esse reus.
 Si creuit morbus, vetulus moderamine ferre
 Tentat opē, iuuenis præcipitanter agit.
 Ille etiam vani spernit dicteria Vulgi:
 Desipit at iuuenis, cum sua fama ruit.
 Omnia quæ dixi, Phæbum dixisse putato:
 Nam loquor expertus, quæ mihi nota diu.
 Gratia tanta fuit canis concessa capillis,
 Vt nomen patris possit habere senex.
 Telemachū cōstat patrem appellasse subulcum, Telema-
chus.
 Nec mirum, vetulus nāq; subulcus erat.
 Tu maior, tibi me est æquū parere Menalca,
 Nec mirū, quoniā est longa senect̃a decus.
 Penelope famulā vocitabat nomine matrē:
 Nomen honorificum ruga senilis erat.
 Et monachos dicis communi nomine patres,
 Tam venerabile erat nomen habere patris.
 Paulus apostolici non parua columna senatus, D. Paulus.
 Imperat, vt vetulos quæq; iuuet̃a colat.
 Ille scenescentes famulos uenerarier omnes,
 Seruitiumq; domi, lenius esse iubet.*

Verbo reſq; ſimul vetulum præpone iuuentæ,
 Officio, vt iuſtum eſt, & reuerere ſenem.

Tempore præcedens iuuenes, præcedat honore,
 Sed te præcedit (læta iuuenta) ſenex.

Simil.

Candidus occaſum præcedit tempore Solis
 Ortus, principium quid niſi finis habet?

Omne quod eſt genitū corrūpitur, atq; putreſcit,
 Et quidquid natum eſt, obruit vna dies.

Cum vetulus iuuenem præcedat anilibus annis,
 Omnibus in rebus detur honor ſenibus.

Tu canam venerare puer, iuuenisq; ſenectam,
 Et vos præcedat dignus honore ſenex.

Id ſi vos facitis, ſuccedent dulcia vobis
 Tempora, non bellū, non erit vlla fames.

Vobis reddet ager multo cum ſenore fruſtum,
 Et bene ſuccedēt tempora temporibus.

Non ferrū, non bella fremēt, nō iura premētur
 Omnia ſed ſancta pace fouebit amor.

Aurea tunc ætas regnabit, triſtis Erynnis
 Longius à vobis, ſemina praua ſeret.

Nil erit infauſtum, nil ſcūū, proſpera læto
 Cuncta gradu current, non dolus vllus erit.

fidue

Fidus erit socius, tractabit pectore fido,
 Quæ bene commisit fidus amicus inops.
 Nullus adulter erit, non latro, nulla catena,
 Causidicus nullo munere diues erit.
 Nulla propinabit meretrix infecta veneno
 Pocula, vt accumulet turpia facta toro.
 Non modo diuitibus, sed egenis tempore in omni
 Decernatur honor, lex veneranda iubet.
 Quis sic mentis inops, quis sic temerarius hostis,
 Qui neget oppressis ferre salutis opem.
 Si patri æqualem vetulum tu respicis annis,
 Laudibus hunc æquis, tu venerare senem.
 Quæ potuit tam iusta dari lex vlla per orbem,
 Quam vetulos sacro patris honore frui.
 Ergo decet iuuenes, vetulos perquirere, quorum
 Consilio vtantur, quosq; subinde colant.
 Emendant illi iuuenes sermone perito
 Sæpius, & virgæ robore sæpe premunt.
 In senibus quondam fuerat venerabilis ætas,
 At sine iam pretio nunc miseranda iacet.
 Non nisi nummorum ratio seruetur in orbe,
 Lumina ad argentum flectere turba solet.

Inter honoratos medijs de ciuibus vnū

Elige, securum qui tibi monstrat iter.

Iura senex populo scribit mansura, petenti,

Instruat vt ciues, iustitiaq; regat.

Vt cano assurgas capiti, & reuerentia detur

Magna senectuti, publica iura docent.

Tanta fuit quondam reuerentia præstita canis,

Vt populus vellet, nil nisi quod vetulus.

Sancta iubet ratio, dignum præstare fauorem

His senibus, quorum vita decora fuit.

Cum Deus ingentis posuit fundamenta terræ,

Subdebant cuncti libera colla seni.

Legibus est cautū, inuenē præstare senectæ

Subsidium, laudem, verbaq; plena fide.

Armorum custos describitur vrbe senectus,

Muneris id vetuli, conuenit esse grauis.

Id gerit officium, summa grauitate senectus,

Nititur id validè munus obire suum.

Inuigilat rebus quæ sunt grauitate gerendæ,

Plus gaudet patriæ, quàm vigilare sibi.

Vltra annos etiam, probitatem longa senectus

Exigit, in vetulis vtraq; res niteat.

Non cani faciunt, sulcata uè ruga senectam,
 Stultitia est, quæ te non finit esse senem.
 Quid prodest, vetulo canos pexisse capillos:
 Si caput est vacuū: quid iuuat esse senem.
 Vis animi præstat robur, non ruga senilis,
 Non calor exardens, non iuuenile decus.
 Ride illum vetulum qui longos computat annos,
 Nec vires animi commaculare timet.
 An non tu vetulum rides quem cernis inertem,
 Cui tamen est cordi luxuriosa Venus.
 Illum tolle senem, faciem cui ruga senilis
 Ornat, qui verum pectore & ore gerit.
 Vir perfectus erit, careat si errore iuuentæ,
 Cum sit maturus, desinat esse puer.
 Corporis haud vires, sed morum respicit ille,
 Qui petit auxilium, consiliumq; rogat.
 Canities homini venerabilis esse putatur,
 Si vitam & mores hi coluere pios.
 Si iuuenum vitijs violet se longa senectus,
 Ridiculum vetulus se facit esse suis.
 Ille refert iuuenum mores, ille acta iuuentæ,
 Cui grauitas nulla est, consilioque caret.

LIBER

*Sed contrà vetulus qui se gravitate gubernat,
Gratia cui superest, iudiciumq; graue.*

Mores In-
dorū.

*Non senibus fidunt Indi, nec laudibus ornant,
Ni prius excellant moribus vsque pÿs.*

*Nulla fides dabitur canis, non ruga coletur,
Ni prius inspicias moribus esse grauem.*

*Insita vis animi vires acquirit eundo,
Dum vetuli faciem ruga senilis arat.*

*Quò senior quisquã, plus cernit, pectore plura
Concipit: & virtus tempore robur habet.*

Sapientia
est specio-
sa.

*Est vetulus sapiens, prudentia regnat in eius
Pectora, nam passus multa sinistra fuit,
Ornamenta dabit vetulo sapientia claro,
Est speciosa quidem, dignaq; honore graui.*

Telemachus.

*Telemachi trepidare procos audacia cogit,
Robore qui fissus, talia voce refert.*

*Aetas, ingenium, discendi magna cupido,
Præceptorque senex me docuere diu.*

*Gnaus & ingenuus vetulus compluribus arte
Prodest, si ingenio, si probitate valet.*

Vmbra se-
nis utilis
est.

*Plus valet vmbra senis, iuuenū quã fortia tela,
Fortior & forti Nestor Achille fuit.*

Est

Isti cibus etati sapiens, sapientia querit
 Aetatem solidam, quæ velut esca iuuat.
In genuit vnus homo, qui centum vixerit annos,
 Quod pereat quando ceperat esse senex.
Maior & elate, & fit maior tempore virtus,
 Fit sapiens vetulus quando senectæ cadit.
Tunc acies mentis crescit cum lumine, quando
 Corporeæ molis lumina flore carent.
Florescens etas temeraria semper habetur:
 At prudens ratio permanet in senibus.
Bella petunt vires, canos sed postulat ingens
 Imperium, mores expetit esse graues.
Consilium in rebus vetulus, sed miles in armis
 Robur habet solidum, robore & arte valet.
Canities vetulis splendorem asferre videtur:
 Hæc quoq; promittit pectora sana seni.
Nullus erit prudens, rerum si defuit vsus,
 Nec tantum ratio suppedabit operi.
Instrumenta duo, nobis natura parauit,
 Extera quò nobis cuncta parata forent.
Sunt mēs atq; manus, quorū mēs docta senectæ est,
 Sed manibus pollet læta iuuenta magis.

Duo sunt
 instrumeta
 quib⁹ oīa
 nobis parā
 tur.

Mente videre licet, manibus conferre duellum:

Hæc generi humano rector ab arce dedit.

Qui mores hominũ, multorũ vidit & vrbes,

Hic erit ille senex quem mea Musa canit.

Si vetulus vires validas potuisset habere,

Plus optata mihi longa senectæ foret.

Cum sint inualidæ: defessam ferre senectam

Nolo equidem, quoniam fessæ senectæ gemit.

Omnibus ingenita est viuendi grata cupido,

Quauis vicina est, longa senectæ neci.

Si forsân pereat quisquã florentibus annis,

Ingemit, & miserum se putat esse virum.

Est ad eò carni coniunctus spiritus intus,

Disiungi vt metuat per sua fata caro.

Is styge dignus erit soluit qui vincula carnis,

Quiq; senectutem perdere non metuit.

Gratia danda seni, qui tristia tempore passus,

Edocuit natos, quæ decûere, suos.

Vsus & ars simul, experientia magna senectæ,

Vitæ ad eò profunt, vt fluat inde salus.

Doctes senex iuuenes sic (deprecor) instrue cûctos,

Maiorum mores, vt reuerenter ament.

Infitæ est
oĩbus mag
na viuendi
cupiditas.

Homicida
dignus est
inferno.

Apostro-
phe.

Mente colant vetulos, illis præstare fauorẽ
Cura sit, & lateri continuare latus.

Iuppiter antiquus, Neptuni frater, vt annis
Maior erat, maior semper honore fuit.

Norat plura senex, vt qui prior vbera suxit,
Accepitq; prior regia sceptrâ patris.

Illi rerum vsus, seris venit vsus ab annis,
Et prudens semper quæ faciendâ facit.

Vsus me genuit, peperit me mater honora,
(Quam memorẽ dicunt) me docuere mala.

Est uetulus vulpes, quæ non deprenditur hamis,
Non laqueis, cæcos sed fugit illa dolos.

Vnus erat nautæ senior, qui ciuibus olim
Profuit ingenio, consilioq; suo.

Consilijs pare, tibi quæ pulcherrima Nautæ
Dat senior, diues consilioq; potens.

Martis opus iuuenes, horrendaq; prælia tractèt,
Continuoq; adsint in statione sua.

Viribus imbellis, nec habendis utilis armis
Est uetulus: sensu sed tamen ille regit.

Quid grauis Antenor, Priamus quid suadeat oli
Consule, queis etas longa magistro fuit.

Iuppiter et
Neptunus.

Vsus venit
ab annis se-
ris.

Est uetulus
versipellis
vt vulpes.

Nautæ.

Antenor.
Priamus.

Post-

Postquã robustis adoleuit viribus ætas,
 Consilium maius, vis prior aucta fuit.
 Expertos bello patres, annisq; verendos,
 Dux belli signum consulat ante tubæ.
 Consilio longæ seruantur regna senectæ,
 Arma tamen iuuenû, vertere terga monêt.
 Respice, comperies vetulos curasse frequenter,
 Ciuibus vt requies, paxq; secunda foret.
 Vix dormire potest, oculos non obruet illi
 Somnus, qui vigili pectore cuncta notat,
 Sollicitæ extenuant artus, & pectora curæ,
 Et solers ratio tunc male munus agit.
 Imminuunt robur, generant fastidia victus,
 Ingenium premitur, quod fuit ante vigen.
 Caligant oculi, feruescunt sanguine venæ,
 Lassantur vires, quæ valuere prius.
 Omnia sed vetulus suffert patienter, vt vnâ
 Patria florescat, sitq; referta bonis.
 Ergo si locuples, si facta est patria diues,
 Facta fuit studio, iudicioque senis.
 Tanta fuit quondam virtus senioribus annis,
 Vt plebiscitum præciperetur eis.

Effectus
 curarû.

Cum quondam Moses curarum pondere pressus, Moses.

Non posset populo tradere iura Dei:

Admonitu soceri, commisit sceptrâ senectâ,

Ut regeret populos in pietate Dei.

Id Salomon peragit, Mosâica exëpla secutus, Solomon.

Eligit & vetulos, quos putat esse pios.

Imperium perdit Roboanus filius eius, Roboanus

Dum manibus iuuenû sceptrâ regëda dedit.

Roma Senatores, magna pietate probatos Roma.

Eligit, vnde omnes debita iura petant.

Imperat vt iuuant parce, nè sumptibus æra

Exponant, longa quæ peperere die.

Instituit quondam summa grauitate Lycurgus Lycurgus.

Iura, quibus tetrum pelleret orbe nefas.

Sanxit vt è vetulis adstarent regibus octo et

Triginta, hi semper regia tecta colant.

Condita sunt populo præstantia iura Solonis, Solon.

Crimina quæ prohibent, quæ facienda iubêt.

Quæ veneranda iubet lex, hæc sunt tramite recto,

Et nullo nobis sunt peragenda dolo.

Sit procul à nobis, populus qui iurgia nescit,

Qui vult esse reus, crimina cuique placent.

Tolle senes igitur, venerandam tolle senectam,
 Quæ populo pacem, iustitiamq; parit.
 Fortius ille pedem bos lassus figit arena,
 Quam qui lasciuit, nullaq; aratra tulit.
 Vox audita fuit cælo demissa sereno,
 Quæ senio dicit, munera danda pio.
 Si iuuenis potior fuerit sententia docti,
 Dicta senex lauda, consiliumq; proba.
 Græcorum princeps quamvis maturior ævo,
 Vota iuuentutis semper habere cupit.
 Approbat & laudat quæ sunt selecta, iubentur
 Impleri, nemo negligit illa sequi.
 Si cuiquam melior fuerit sententia, dicat
 (Ille ait) intrepidè, spontè sequemur eam.
 Consilium iuuenis vincit quandoq; senectam,
 Sæpius oblita est namq; senectæ sui.
 Aetas longa seni concedit nomen honoris,
 In sene maiestas, si tamen ille sapit.
 Maiestatis habet plus ætas vltima nostra,
 Quâ minor illa habuit, quæ modò præterit.
 Maior crescit honor, decrescit magna laboris
 Pars, tamen id melius vita senilis habet.
 Vidit

Apostro-
 phe
 Agammec-
 non.

- Vidit plura senex, expertus multa pericla,
Indè fit vt proſit longa ſenectæ ſeni.*
- Dignus honore ſenex, qui prodeſt rebus agendis,
His tamen in rebus nulla iuuenta ſapit.*
- Hoc habet hæc ætas grauioribus vtile morbis,
Aggregat, & nūmos ſeruat auara manus.* Senectus
auara.
- Præſagit vetulus, nummis ſe poſſe carere,
Si cadat in morbum, poſſe perire fame.*
- Obſiſtit vetulus rebus, quas cernit iniquas,
Canitiæ fretus, quæ ſibi præſtat opem.*
- Castritius quondam Marcus ſibi dura minanti,
Heus heus reſpondit, reſpice, ſum vetulus.* Caſtritiuſ.
- Aulus Cæcilius, vir multo nomine clarus,
Reſpondit cuidam, cuius iniqua manus:* Cæciliuſ.
- Audi, nè dicas, digito compeſce labellum,
Eſt mihi canities, diues & orbis ego.*
- Maietas patrum, cunctis nolentibus, audet
Ferre triumphanti iura decuſq; ſuum.*
- Manlius orabat ſibi dandum iure triumphum,
Quem meruit bello, vulnera teſtis erant.* Manliuſ.
- Tempore præterito pro magno teſte vetuſtas
Creditor, ob canas quas habet illa comas.*

LIBER

Cum propè sit funus, vetulo credamus inesse
 Fidum animum, & testis nonnisi rectus erit.
 Cur inimicus erit legi? cur perdere sese
 Expetet, & magni vertere iura Dei.
 Qui falsus fuerit testis, priuabitur omni
 Subsidio cali, lumine captus erit.
 In ius deduci poterit non lōga senectus,
 Ni veniam auctori, conferat illa prius.
 Si prius inscribi seniorum nomina debent,
 Subscribet tabulas longa senectū prius.
 Præferri debet vetuli sententia lata
 Si fuerit, primum conuenit ore loqui.
 Tu cape solamen, lætareq; lassā senectus,
 Nam tibi defertur primus in urbe locus.
 Si mediam sedem, dicas alicundè priorem,
 Esto, datur senio quod sit honore prius.
 Aurata mediam se se regina locauit
 Sponda, vt Vergilij doctā thalia canit.
 Ille è concilio medius cum millibus ibat
 Ad tumultum Aeneas, protulit ore Maro.
 Et medius iuuenū, non indignantibus ipsis,
 Ibat, & interior, si comes vllus erat.

Nonnè

Nonne vides mediã sedem tenuisse senectam?

Nec tamen id grauiter lata iuuenta tulit.

Cyrus erat solitus media discumbere sede,

Cyrus.

Inter honoratos, quos habuisse ferunt.

Vltimus exponet vetulus quæ recta videntur,

Iudice sed coram lata iuuenta prius.

Omnia quæ loquimur, si sint postrema, cerebro

Fixa manent, ventus cætera cuncta rapit.

Concilio in celebri vetulus consultat, & omne

Vltimus ostendit quod putat esse bonũ:

Absens si fuerit præses, qui præsidet aulæ,

Concilium indicit, quando opus esse videt.

Quin etiam legata seni mandantur honesto,

Est regni grauitas, est quoq; Regis honor.

Legatus senior, comites præcedere debet,

Principis & primus promere iussa sui.

Legatos quondam fecit respublica canos,

Qui valuere fide, quiq; fuere p̄j.

Hetrusci misere suos ad limina regis

Hetrusci.

Tarquini quondam, ne sua pacta cadãt.

Tuq; Habrahame pater vetulo cõmittis, vt vnã

Habrahamus.

Eligat vxorem, quæ sit honesta, viro.

Quid

Quid referam quoties Legatos miserit olim
 Rex pius, ut populis pax diuturna foret.

Sancta fides seruat, nullo violabilis aeo,
 Legatos tutos, quos probat esse senes.

Philo.

Missus erat Philo Legatus, nomine gentis,
 (Quæ fuerat falsò crimine laesa) suæ:
 Diluere hic crimen, magno conamine tentat,
 Infensus Cæsar, noluit esse pius.

Si tamen ex socijs, quisquã facundior adsit,
 Exponet (nostro, nec rennente sene.)

Maiestas vetuli, legato præstat honorem:
 Cana fides ornat, verba relata senis.

Sapius ingenerat, legatio læssa cruentas,
 Pugnas, quas populos ingemuisset leges.

Priuilegiũ
legatorũ.

Ingens cura Dei, legatos sæpe tuetur,
 Fædera nam iungunt, paceque regna tenet.

Romæ, vis senũ potius spectatur in omni
 Re peragenda alia, quàm uetus ullus honor.

Nam genus & proanos, & quæ nõ fecimus ipsi,
 Vix ea nostra vocès, vix ea nostra putes.

Quidquid sit, solida est sæper ueneranda senectus,
 Id pietas suadet, lex ratioque iubent.

Si

Si pater intereat, possessio tota relicta

Tradetur nato, qui prius ortus erat.

Si fuerint seruanda domi, instrumenta parentis,

Maiori nato, singula trade lubens.

Ille quidem seruet, quæ sunt post funera patris

Tunc inuenta domi, nè bona dispereant.

Post mortem patris, seniori insignia dentur,

Qui natu prior est, hic sit honore prior.

Filia quæ maior fuerit, sit prima marito

Tradita: suspiret nata secunda domi.

Tertia condoleat, quod sit postrema relicta,

Non habuit dotem, nec pater æra dedit.

Copia natarũ minuit patrimonia patris,

Absumpsit morbus, pauca relicta domi.

Maiores natu fungantur munere patrum,

Clara prius nato est debita nobilitas.

Damnat Rex Saul immeritò, nec iure Dauidem,

Quòd non impleisset regia iussã citò.

Saul rex.

Filius infenso regi, suadere laborat,

Vt velit infonti parcere sponte viro.

Ionathas.

Deprecor (ille inquit) nolis culpãre Dauidem,

Quæ (precor) in tãto est (dic mihi) culpa viros

N

Hinc

Hinc abiit, natu maiori à fratre vocatus,

Inclyte Rex, non est iusta quærela tibi.

Rex Saul (ast inquit) culpo, damnoq; Dauidem,

Non quia non venit sed quia tardus erat.

Quò maior fuerit frater, punire minorem

Iure potest, crimen si videt esse graue.

Obiurgare senem, caueat malè sana iuuentus,

Afflicere aut verbis, vel maledicta dare:

Apostro-
phe.

Si tamen errauit vetulus, dulcedine carpe,

Atque animo leni subijciendus erit.

Philippus
carpit Ale-
xandrum.

Carpit Alexandrū summa grauitate Philippus,

Quòd non obseruet debita iura seni.

Si tamen is vetulus, cōmisit crimen acerbum,

Tunc grauibus verbis corripiendus erit.

Consensum vetuli, reliquis præferre, necesse est:

Si tamen is valida sit ratione potens.

Si fuerit testis, pro fido teste putatur,

Sed iuueni non est, tanta adhibenda fides.

Si tamen indigeat visu, res ipsa probanda,

Est iuueni testi, tunc adhibenda fides:

Nam senibus semper caligant lumina lippis,

Atque obtusa acies, fallere sæpe potest.

Te

Testibus à vetulis, res est firmanda vetusta,
 A iuvene & memori, causa probanda recès.
 Si iuuenis magno præcellat honore senectam,
 Omnibus in rebus primus habendus erit.
 Namq; vetustati, præfertur dignior ætas,
 Id memori semper, mente reconde tua.
 Testis erit iuuenis, si virtus erigat ipsum,
 Huic dabitur semper, cum ratione fides.
 Sed ratio monstrat, senioribus esse peritam
 Iudicio mentem, consilioque grauem.
 Quis neget esse senes, ornatos robore mentis?
 Quos ætas docuit, quos docuere mala.
 Maturus senibus sensus, maturaque virtus,
 Moralis ratio, plenaque lingua sopro.
 Moribus vsque adeò fertur præstare iuuentæ
 Is vetulus, meritò vt nemo negare queat.
 Et tu si cupias contraria dicere, testes
 Adducas plures, sin secus, ito foras:
 Pluribus in senibus, regnat subuersio tanta,
 Vt liceat nobis, sæpe referre pedem.
 Artifices multi, si quando vota dederunt,
 Si non conueniant, vota sequenda senum.

Concilio celebri si quando vota ferantur,
 Legibus est cautum, vota probanda senum.
 Si cupiant plures, in ius deducere quenquam,
 Præferri vetulos, omnia iura volunt.
 Inquiret vetulus, si forte abscondita debent,
 Iudicis arbitrio, proijcienda foro.
 Vera locutura, mandentur cuncta senectæ,
 Lumine quæ legum, discutienda velis.
 Iunior inuideat nunquam, nec detrahat illi,
 Qui propter senium, suspiciendus erit.
 Emendandus erit, si quisquam fortè libellus,
 Tradatur vetulo, qui male dicta notet.
 Si delicta senex commisit, iudice digna
 Irato: pœna non caritura graui:
 Leniter ille quidem plectatur, debilis ætas
 Promittit veniam, hæc nec pia iura negant.
 Natura. Docta parens natura monet, quòd fessa senectus
 Sit veneranda, pio sitq; premenda modo.
 Si graue committunt crimen, iuuenesq; senesq;
 Primùm tortus erit, iunior ipse reus:
 Iura volunt, ratioq; iubet, quòd dura senectus
 (Si fieri possit) non sit onusta malis.

Præscribunt leges senibus peccantibus omnem

Quam possunt veniam, lex pia parcit eis.

Legibus astringi vetulos dementia magna est:

Aetas imbellis, nil graue ferre potest.

Tēplaq; sancta Dei, vetulis mādentur honestis,

Si cupias regimen commoditate frui.

Dux erit in bello vetulus, si praelia recto

Ordine conficias, victor & esse velis:

Non tu committas, immania bella iuuentæ,

Res erit in dubio, si regat ille viros.

Nec pröptum teneris ingentia bella lacertis

Moliri, bello non dare vota queunt.

Ergo senectutem veneretur docta iuuenta,

Settetur mores, ingeniumque senis.

Sub puero vixisse fuit res improba rege:

Mollior est ætas, iudiciumque leue.

Si fuerit dominus, populis infensus iniquis,

Rex puer his dabitur (quæ meruere) reis.

Auertet pueros reges, æterna potestas,

Ni velit hos populos, plectere virga Dei.

Quis reget imperiū melius quàm cana senectus?

Quis mellus leges sanctaq; iura dabit?

Rex puer]
est diffici-
lis.
Plato.

LIBER

Vespasianus.

*Negligit imperium, senior iam Vespasianus,
Iunior ad regnum, nam sibi visus erat.*

*Tractari ingenio, & puerili pectore nescit
Publica maiestas, quæ grauiora petit.*

*Consulis officio, fungatur grandior ætas,
Nomina pratoris debet habere senex.*

*Maturis æuo voluit constare senatum,
Roma potens, nomen mite senatus habet.*

*Iura dabat populo senior, finitaq; certis
Legibus est ætas: quiq; senator erit.*

Nō sēper
præferēda
ætas senilis

*Dignior & præstans, reliquis præfertur honore
Ætas: non semper respicienda dies.*

*Lectio diuina est vetulo exponenda perito,
Littera sacra Dei, lucet in ore senum.*

*Scripta antiqua patrum, remanēt in mēte senili,
Sunt velut exemplum, quod faciēda docet.*

*Moribus antiquis Romana potentia durat,
Sint veteres mores, sit tamen esca recens.*

*Verba quibus loqueris semper præsentia sunt,
Vtere amicitia, quæ diuturna fuit.*

*Laudatur senium, quod sit virtute notatum,
Diriget hoc gressus ad meliora tuos.*

Loquēdū
secūdū re-
cētē cōsue-
tudinē, a-
micitia aut
sit diutur-
na & nō re-
cens.

Elige

*Elige tu natis clarum virtute magistrum,
Sit tamen ille senex, quem pia vita probet.*

Apostro-
phe.

Continuò addiscas (inquit longæua senectus)

Dum superest ætas, vitæq; longa manet:

Omnia quæ nescis, longo perquire labore,

Quannuis sis curis fessa senectæ tuis.

Apostro-
phe.

Insignis virtute Cato, non segniter audit,

(Doctior vt fieret) quæ docuere patres.

Cato.

Copia multa senum consumpsit tēpus & æuum,

Multa addiscendo, tempore multa sciens.

Amplexare puer semper documenta senectæ,

Ætatem teneram, lectio multa iuuat.

Emollit durum veneranda scientia pectus,

Et facit humanos, quos videt esse rudes.

Laudatur
sciencia.

Fert alimenta animo, fuerat qui nuper egenus,

Discutit & tenebras, quæ nocuere diu.

Non erit inuitus testis, nec cogitur ire

Longius hic vetulus, robore namq; caret.

Vota senectutis, passus numerantia mille,

Pontificis iussu, sæpe refracta manet:

Pōtifex le-
nit vota se-
necutis,
quæ vix
impleri
posūt.

Nemo senem cogit quòd publica munera tractet,

Hic honor ætati (lege iubete) datur.

Senex & Iunior & vetulus nomen doctoris eodem
 inuenis eo de tēpore si capiant, primus honore senex.
 fidoctores Omnibus in rebus, senior præfertur honore,
 fiāt, senior Postulat hoc ætas, canitiesq; sua.

Præfertur cunctis ætatibus, ægra senectus,
 Ut meritò dicant nobilitate frui.

Iunior obsequitur, senior tunc imperat illi:
 Dicitur ille minor, maior at ipse senex.

Maior erit vetulus cunctis congressibus, ille
 Imperat, ille iubet, cum ratione regit.

Arabarches. Respice (quæso) Arabes Regem fecere senectam;

Lectus & ex senibus Rex Arabarches erat.

Habraamus præfert ætatē. Ex famulis seruū, qui plures computat annos,

Præponis famulis sancte Habraame tuis.

Apostrophe. De grege quadrupedum, fuerit cui longior ætas,
 Dux erit, & turmas dirigit ille suas.

Sacra relinquuntur natis, qui ætate priores,

Lex antiqua iubet, non renuente patre.

Depinxi venerande senex ego primus honores,

Qui tibi debentur, canitiesque petit:

Excusatio authoris. Parce inuenta seni, si plusquam debuit ipse,

Vel fuit incultus, lingua vel arcta fuit.

Mul-

Multa licet scripsi, plus te meruisse fatemur,

Vix potui lassâ scribere plura manu:

Exoratu
venia.

Parce precor fesso veneranda & sancta senectus,

Detriuit laudes si mea musa tuas.

Quæ potui cecini, non omnia possumus omnes,

Det tibi Apollo alium, qui meliora canat.

Tristia fata senem propero sermone vocabant,

Incipit ve-
tulus mori

Et spes viuendi, tota relicta fuit.

Decreuit natos, omnesq; vocare propinquos,

Atq; suos famulos, coniugiumque suum:

Hæc postquam cõiuncta videt, sermone modesto,

Alloquitur cunctos, & sua fata refert.

Mortales natura neci, iubet esse dicatos,

Sermo ve-
tuli ad su-
os.

Quapropter teneor, debita iura sequi.

Vltima nunc properat moriendi gressibus hora,

Vos audite precor, prendite verba mea.

Cernitis hos omnes qui viuunt, tollere vultus

Ad superos, vnum suspiciuntq; Deum.

Hic cælum, terras, populos, totumq; profundû,

Iustitia iudex, & pietate regit:

Huic parent omnes, hunc cælû laudibus ornat,

Huic pendent leges, relligioq; pia:

Huic

Hunc ego visurus, vobis verba vltima fari
Nunc cupio, vestra condite mente rogo.

Vertitur
sermo ad
vxoꝛe.]

Chara mihi coniux, charo dilecta marito,
Sat mihi coniuncta es, sat mihi iuncta toro.

Tu me tractasti summa pietate, fideq;
Est tua perpetuo cognita recta fides:

Te semper colui, te semper debita coniux
Dilexi, quoniam tu mihi robur eras.

Tu mihi solamen, tu semper gaudia vitæ
Præstabas misero, tu mihi sola salus. (rit,

Hoc superis placitum est, hoc mors extrema requi-
Soluere coniugium (dulcis amica) tuum.

Postquam dicta dedit, charis amplexibus illam
Alloquitur, querulis fletibus ora rigans:

En tibi commendo communia pignora nostra,
Ingenuam prolem, quæ mihi chara fuit:

Commendo famulos, cognatos, insuper omnes
Quod mihi dilectum est, & genus omne meum:

Tu memor esto mei, tu nostris consule natis,
Offer vota Deo, solueque iusta mihi.

Quam primum vetulus sensit præfagia mortis,
Mox medicos coram iussit adesse suos.

Impe-

Commēdat
vxoꝛi sua
pignora.
Commēdat
famulos,
propinquos
& chietes.

Mors pro-
piqua seni.

Imperat, vt certum mortis prædicere tēpus
 Conueniant omnes, & sine fraude loqui.

Conueniunt omnes, tandem præscribitur illi
 Vltima, quæ cursu stat properante, dies.

Hæc postquã audiuit, summo feruore petiuit
 Actutum adferri, sacra colenda Dei.

Prætereà iussit psalmos recitarier omnes,
 Et simul adiuit psallere voce preces.

Hæc postquam dixit, conuertit lumen in omnes
 Qui simul adstabant, & pia verba dedit.

Ad fletum matris detorquet lumina chara,
 Quã sic alloquitur, vocibus vsq; pijs.

Chara mihi genetrix, cur tūdis pectora pugnīs?
 Cur te dilaceras, fletibus ora rigans?

Cur gemis, & querulo cælum clamore fatigas?
 Lamentisq; tuis cur mea corda feris?

Forssitan extremo me solum lumine fungi
 Credis, & extremum forsan obire diem.

Tu me (parce precor) fletu cruciare dolentem,
 Pone tuis lachrymis (si placet) ipsa modū:

Mente peto superos, radiantia numina celi:
 Curaq; terrarum tota relicta fugit:

Ingredior callem, cunctis mortalibus unum,

Ipse adeo æterni, limina sancta poli:

Suscipe tu natos, te præsta nomine matrem,

Desine tristari, lumina terge tua.

Hæc postquã fatur, respexit lumine mæsto,

Flentibus & natis, oscula multa dedit.

Hoc multis lachrymis affatur, brachia tendens,

Amplexuque arcto talia voce refert.

Vertitur
oratio ad
natos.

O dulces nati, chari genitoris imago,

Vos domus hæredes sponte relinquo meæ;

Viuite fælices, proauorum nomina clara

Magnorũ, ante oculos sæper habete, precor.

Stemmata maiorũ, claris extollite factis,

Et generi vestro, facta superba date.

Hæc cum dixisset, dulces respexit amicos,

Commēdat natos (pignora chara) suos.

Et cum sensisset dissolui à corpore vires,

Efflantemque animam velle subire polũ:

Euocat ætutum monachum, cui crimina pãdat,

Vt veniam à summo possit habere Deo.

Sacerdotis
sigisus.

Aduenit, ægrotum verbis solatur amicis,

Talia proponens, qualia nunc refero.

Sit

Sit tibi placatum numen, quod rector Olympi
 Miserat, vt populi crimina tecta forent:
 Cum Deus ob crimen, quod gens comiserat olim,
 Infensus populis esset, & ira grauis:
 Decreuit mundi totam disperdere molem,
 Conderet vt gentē, quæ benè fida foret:
 Diuorum precibus placata est summa potestas,
 Dat veniam populo, gens peritura manet:
 Nè tamen impunè maneat gens improba quoddã,
 Permisit cæli ianua clausa foret:
 Filius inde patris, claro dimissus Olympo,
 Conciliat pacem, regia clausa patet:
 Ingreditur, quicumque Deo persolvere grates
 Nouit, & obseruat singula iussa Dei.
 Gens ignara sui quondam violauerat omnē
 Præceptum Domini, quod dedit ore suo:
 Filius hunc populū (lachrymis comotus amaris)
 Solatur miserum, conciliatq; patri:
 Nam cruce suspensus, tollit peccata nocentū,
 Crimen & antiquum mortis amore piat:
 Omnia componit, redeunt prænuncia pacis
 Gaudia: sit Christo gloria laus & honor.

Verba sacerdotis
 ad morientē senē.

Hæc postquã effatus, morientis crimina soluit,
 Orat & æternum pro moriente Deum:
 Ille parùm sistens, vires assumere tentans,
 Expirantem animã reddidit, ore tremens.
 Spiritus intus alens in vanas soluitur auras,
 Viribus absumptis, membra soluta cadunt.

Lamétatio
 vxoris in
 obitũ mari
 ti.

Ecce venit coniux, canos laniata capillos,
 Dimissa est facies, scissaque vestis erat.
 Unguibus & pugnis faciem lacerata modestam,
 Ictibus & crebris pectora tussa fremunt:
 Corpore pars nulla est quæ non contusa doleret,
 Estq; caput læsum, læsaq; crura tremunt:
 Finge animo mortem, quãtum timeatur in omni
 Tempore, sic visa est, hæc venerãda senex:
 Postquam consedit, corpus complexa mariti,
 Sic fatur lachrymans, imbre rigante genas.

Incipit la-
 mêtatio.

O vidua infelix venerando orbata marito,
 Sola relicta domi, sola relicta malis.
 Hæc est illa dies, nigro numeranda lapillo,
 Hæc est, quam timui, quamq; verebar anus:
 Nunc & honore carens, cupio discedere vita,
 Quæ mihi nũc superest, vita dolẽda venit.

Quis

Quis mihi solamen poterit conferre gementi?

Quis mihi consilium, subsidiumq; dabit?

Quattuor Heu natæ, quæ iam connubia poscunt,

Sunt viduæ matri sarcina magna suæ:

Tres sepeli natos, at nunc mihi quinq; supersunt,

Hoc onus his humeris, vix ego ferre queã:

Res angusta domi, expensis grauioribus angor,

Qui dabat hæc nobis hoc iacet in feretro:

Regia maiestas, vereor nè deneget ægris,

Subsidium natis (quod meruere) meis:

Nam propter patrem, qui bello passus acerbo

Vulnera, sunt gnatis præmia danda meis:

Quos habeo famulos, pepit quos serua paternæ,

Non nutrire queam, non alimenta dare:

Vendere nec possû, vnusquisq; est verna fidelis,

Hos ego lætraui, sunt mihi gratus amor.

O miseram viduam, careo solamine dulci,

Iam careo censu, mox caritura cibo:

Qui me vicinus magno tractabat bonore,

Immemor, incipiet, nominis esse mei:

Me miseram viduam contemnet turba clientû,

Tædia multa mihi stulta propago dabit:

Quis

Quis miseram viduam, gladio transfiget acuto?
 Quis me marentem, pellet ab vrbe procul?
 Vos (precor) ô ciues, miseram proscindite ciuem,
 Quae induata viro, prorsus honore caret:
 Vos (precor) ô famuli, dominam detrudite vestrâ
 In tumultû, iaceant cum mea mēbra viro.
 Hac effata, sinus lachrymis impleuit obortis,
 Viribus exhaustis, concidit agra solo.
 Audiuit postquã, longæui fata parentis,
 Accurrit properè, filia scissa comas:
 Defuncti patris, gelidum complexa cadauer,
 Talibus affatur, dilacerata genas.
 Deseris heu natam cur tu pater optime charâ?
 Tota meis lachrymis vita terenda manet:
 Nulla salus remanet, nulli commissâ propinquo,
 Deseror infelix sola relicta domi:
 Infirma est mater, tristi caligine tectâ,
 Subsidiû nullum, conferet illa mihi.
 Sunt teneri fratres, non dum dignoscere possunt,
 Quot mala proueniant, ex moriente patre:
 Sunt etiam parui, mater sustentat egenos:
 Vis tenera auxiliû non mihi ferre potest:

Lamentatio
 Glia.

Paupertatis onus, potero vix ferre libenter,
 Non habeo quenquam, qui mihi præstet opẽ:
 Qui fuerat patri magno coniunctus amore,
 Prob dolor, beu miserã me procul esse cupit.
 Pauperiem nostram iam dedignatur amici,
 Sola domi lachrymis sum sociata meis:
 Non fuerat melius miseram præcedere patrem
 In tumulum, caperet tũc mea mēbra quies:
 Pauper erat genitor, multo sed dignus honore,
 Charus erat regi, charus in vrbe fuit.
 In commune quidẽ, tunc cõmoda cũcta gerebat,
 Cum cõmissa sibi publica cura fuit.
 Prælia commisit magno discrimine, gentes
 Perdidit, & secum parta trophæa tulit.
 Vulnera sustinuit, non est induc̃ta cicatrix,
 Vulnera tu videas corpore aperta patris.
 Legato commissa fuit substantia regni,
 Quod benè cõmissũ est, per benè gessit opus.
 Missus in exilium, constãter pertulit ipsum,
 Mox reuocatus, obit munia multa fide.
 Summa fides patri, nemo deceptus ab illo,
 Omnia tractabat relligione pari:

Rexerat hoc regnum, nūquam constantia verbis
 Defuit, & valuit consilio atque fide.
 Si genus & proavos, liceat numerare parentū,
 Nobilis est sanguis, nobiliumq; genus.
 Maternumq; genus miscetur sanguine Regum,
 Illa tibi antiquos mille reponet avos.
 Sed fortuna suo dispergit munera motu,
 Hos premit ærumnis, hos vebit illa bonis.
 Chare pater viduata manet tua filia terris,
 Te tamen in cælis vita beata tenet.
 Postquã effata fuit, tacuit miseranda puella.
 In gremiū matris concidit illa gemens.
 Postquam morte senex, animã vitãq; profudit,
 Frigida concreto sanguine mēbra manēt:
 Tota domus gemit, chari gemuere propinqui,
 Auxilio orbatos, seque parente dolent.
 Incusant superos, cælestia sydera planctu
 Disrūpunt querulo, nil nisi triste sonat.
 Fortunã vetulis inimicam voce profanant,
 Discrutiant se se, fletibus ora rigant.
 Tota domus nudata sene & viduata parente,
 Induitur nigris vestibus, ora tegens.

Lamétatio
 filij.

Ob-

Obstipuere omnes, gemitumq; dedere profundū,
 Verbaq; sollicito pectore flenda vomunt,
 Concussis cecidere animis, ceu frondibus ingens Similitudo
 Sylua dolet lapsis, flamine pulsa graui.
 Quāquā animū dolor alt' habet, & funere tractāt,
 Conueniunt omnes, & pia busta parant.
 Interea gnatus lugubri indutus amictu,
 Incumbens pheretro, talia voce refert.
 Chare pater miserum gnatum hac ætate reliquis, Incipit la-
 Lumine priuatū? tu mihi lumen eras. metatio h
 Quo me conuertam? cuius tutamine vires lij:
 Acquiram? cuius lumine clarus ero.
 Quis me deducet miserum sub regia tecta?
 Quis mihi solamen, quis uē magister erit?
 O miser infelix, iam limina patris adire
 Non licet, heu gnati non mihi nomen erit.
 Quis mihi præstabat, non iam præstabit honore,
 Cum videar solus, nullus amicus erit,
 Nunc venit in mentem syluas habitare vetustas,
 Quodque manet vitæ degere more feræ:
 Lux infesta mihi, tenebris delector, & orbo
 Non mihi solamen, non mihi vita placet.

*Emoriar mundo, fugiam consortia gentis,
Otia non capiam, prædia nulla colam.*

*Hæc postquã effat⁹, lachrymis cõspersus amaris,
Et fessus, rauco pectore conticuit.*

Lamētatio
cuiusdã
propinqui.

*Vir quidam senior, defunçto sanguine iunctus,
Talia cũ gemitu plena dolore refert.*

*Me miserum, quantos humana negocia motus,
Alternasque vices, vsque referre solêt:*

*Vita hominũ fragilis, sed curæ pectora pulsãt
Perpetuò, cunctos dira cupido tenet:*

*O furor, o nimium viuendi innata Cupido,
Insanos homines cur miseranda facis:*

*Inflatos transfers animos, quæsita periclis
Gloria vana, bonis non diuturna viris:*

*Quot tecũ insidias, quot mortes, quanta malorũ
Instrumenta geris, vulnera quanta paris?*

*Non nẽ vides vetulũ, quãtos tulit antè labores?
Hoc iacet in tumulo, quẽ breuis vrna tegit.*

*Dira cupido abijt, longi periẽre labores,
Omnia mors cursu quãm properante rapit.*

*Defunçto vetulo, rumor crebescit in vrbe,
Quem soror excipiens, talia dicta dedit.*

O mi-

O miseranda soror, tali spoliata parente,
 Nomine frater erat, re tamen ipse parens: Lamētatio
sororis.
 Postquā mater obit, mox me deducit in ædes,
 Ille opibus dotem, coniugiumque parat:
 Dote eius nupsi, claro fecunda marito,
 Qui generis iactat stemmata clara sui.
 Tu mihi continuo mittebas munera, natos
 Indutos vidi, munere sæpe tuo.
 Si morbus fortasse meos inuaserat artus,
 Continuo assistis tu mihi, magna salus:
 Si quando fueram, claro indignata marito,
 Accurris, pacem conciliare parans.
 Si forsan loculus fuerat spoliatus, in arca
 Quæ modo inanis erat, munera cerno tua:
 Tu me præsentem blando sermone salutas,
 Me tamen absentem, munere sæpe vides:
 Quis fuit ille pater, qui sic inuisere natos
 Assolet, & nummis sæpe fouere suis:
 Quæ fuit illa domus, quæ tantū debuit illi,
 Nomine qui patris se celebrare solet:
 Tu me deducis, patrios inuisere fundos,
 Quos tibi maiori nostra reliquit anus:

Si forsan pretio magno diuenditur hortus,
 Aera mihi confers, vt meus esse queat:
 Est tua mensa meis circumdata fætibus, ipsa
 Induor his pannis, quos mihi sæpe dabas:
 Omnia quæ video, nostro pendëtia collo
 Aurea, tu confers, pluraq; dona dabas:
 Debita quæ teneor persoluere, protinus ipse
 Soluis, vt in tuto sit domus ista mea:
 Me miserã lachrymis teneor perfundere corpus,
 Quòd mihi frater erat, quod vice patris erat:
 Te sine nulla dies lucebat grata sorori,
 Ni prius audissem te superesse patrem.
 Si quando nostræ voluisti accumbere mensæ,
 Tu præsens, nobis numinis instar eras:
 Nunquam oblita fui, lachrymis obtüdere diuos,
 Et precibus dominum sollicitare meis:
 Vt tua vita foret longæua, & sana senectus,
 Et mea cum digitis lumina clausa tuis:
 O soror infælix, video nunc corpus inane
 Ante oculos, pulchrum quod fuit ante meos.
 Si mihi dent superi, vt possem simul esse sepulta
 In tumulo fratris, mors mihi grata foret:
 Fle-

Fletibus absumam tempus quod vixero, nunquã

Lata mihi facies, non mihi risus erit:

Clausa domi, orbatæ consumam tempora vitæ,

Sydera percutiam fletibus alta meis:

Non cibus vllus erit miseræ, nisi fletus & angor,

Quid mihi solamen? nil, nisi fletus erit:

Sola domi mærens, plangam tua funera frater,

Et querulos ædam nocte, dieque sonos:

Sonus erunt lachrymæ, pro lecto stramina dura,

Nulla quies animum, nullaq; corpus habet.

(.?.)

Finis libri decimi.

✿

✿

04



Tumulus
vetuli de-
functi.



OST mortem vetuli, resonat clamori-
bus aether,
Conueniunt proceres, turbaq; mul-
ta ruit.

Postquam tota domus luctu planctuq; quieuit,
Fit funus, cernes id properanter agi.
Plumbea vasa duo manibus fabricata peritis,
Sunt allata domum: scinditur ecce senex.
Viscera vase vno conduntur, inane cadauer
Vase alio clausum, thure fluente madet.
Illa ambo exterius pullata veste teguntur,
Cõdũtur pheretro, & tarda quadriga vebit.
Si celeri cursu properet, lassetq; sequentes,
Ex cursu fessi, qui comitantur, erunt.
Vestibus auratis induta est tarda quadriga,
Obtenebrat visum, sed radiante polo.
Ducitur intẽplum, quod thure calẽte siagrabat,
Tristis erat facies, qua comitatur eam:
Insequitur pheretruũ populus, iuuenesq; senesq;
Iustitium factũ est, cessat in vrbe labor.
Turbaq; nobilium pullata veste, cadauer
It propẽ, namq; fuit charus in vrbe senex.

Laudibus alternis, celebratur fessa senectus,
 Ex animo cuncti, talia voce ferunt.
 Consilium ratioq; simul, nostra vrbe periuit,
 Et nunc patre caret, patria nostra suo.
 Defensor patrie fuerat, rectorq; benignus,
 Huius res creuit publica consilio.
 Nonnunquã lesit ciues, sed pace benigna,
 Et sermone alacri conciliabat eos.
 Instruxit natos ad publica munia Regni,
 Vt patrie possent cõmoda multa dare.
 Esse graues populo uetuit, quòd sēper honesti
 Viuant, imperium cum ratione colant.
 Vir pius & iustus natas sine dote reliquit,
 Propria contempsit commoda pro patria.
 Dum legatus erat, multis conuiuia fecit,
 Aera relicta domi, sumptibus exposuit.
 Non satis illud erat, patrimonia vendidit ampla,
 Magnifica fecit regia iussa, manu.
 Filius ingenuo nunquam fuit auctus honore,
 Nulla fuit digno, tradita nata uiro.
 Dum secum alterno hæc ciues sermone loquuntur,
 Ingreditur funus templa dicata Deo.

Stemmata funero pendent gentilia testo,
 Obtegitur nigris vestibus alta domus.
 Vexillis ornata manent laquearia templi,
 Mille faces ardent, lumine plena domus:
 Cerea pauperibus dantur funalia multis,
 Qui precibus, diuūm numina sancta rogent.
 Instruitur tumulus, tabulisq; assurgit in altum,
 Stabant mille gradus, funereæque faces.
 Stabat funereo tumulus velamine tectus,
 Triste ministerium, cuius vbique gemit.
 Sacra celebrantur, fumant altaria thure,
 Hymnos turba canit relligiosa patrum.
 Defunctum corpus, sacro conspergitur imbre,
 Traditur & tumulo, quem coluere patres,
 Deniq; cantantur psalmi, quos turpia deflens
 Crimina concinuit, nocte silente Dauid.
 Hos mea Musa canit, nè sint occulta legenti
 Carmina quæ cecini, quando iuuenta fuit.
 In cælum vetulus, magna cum laude feratur,
 Nomen at in terris perpetuare decet.
 Charus erat patria, communia iura docebat,
 Testis adest funus, pompaq; testis adest.
 Absta

Abstine carpas, quādo furor aestuat ingens,
 (Me miserum) quando bilis amara fremit.
 Te precor vt parcas solito peccare frequenter,
 Me properè sana, nam mea membra ruūt.
 Mens mea turbatur, soluuntur membra timore,
 Sed dum cessabunt ira, furorq̄ue tuus?
 Nè me dimittas, sed me de faucibus Orci
 Erue, me saluum tu Deus esse velis.
 Verte animum mitem nobis, mentemq̄; benignā:
 Et memor esto mei, pro pietate tua.
 Dū mors seua manū iniecit, pressitq̄; sepulchro,
 Quis poterit laudes ore referre tuas.
 Quis moriens fuerit, dira caligine tectus,
 Qui te collaudet, vel tua iura colat?
 Continuo gemitu raucus, lachrymisq̄; profundis
 Anxius, aggredior flectere corda tua.
 Heu, mea dū lachrymis maduērūt strata frequē-
 Imbribus assiduis, saepe cubile lauo. (ter,
 Lumina turbantur, lethæo immersa sopore,
 Hoc facit immensus, qui premit ossa dolor.
 Corporis & moles languescens marcuit, hostes
 Nam me derident, insidiasq̄ue parant.

Recitatur
 seprè pial.
 mi Dauidis
 p̄ aīa derū
 cti.
 Psalmus. 110.

Gens scelerata fugam capiat, longeq; faceffat,
 Sydereo audita est vox mea mæsta polo.

Aethere percepit fletus, mentemque benignam
 In me conuertit, roborat ossa mea.

Erubeant timeantq; omnes, qui iurgia nectunt,
 Iurgia nectentes conterat ira tua.

Protinus hos pudeat, conuersi pectora tundant
 Fletibus ediscant, ora rigare suis.

Gloria fit Patri, Nato, cum Flamine sancto,
 Vnica maiestas, & socialis amor.

Psalms
 secundus.

Felix ille fuit noxas cui præterit omnes
 Lethiferas dominus, numina cuiq; fauēt.

Est etiam felix, quem non peccata fatigant,
 Diraq; sunt magno crimina tecta Deo.

Est domino charus, qui nunquã est fraudib; vsus,
 Nec dominum offendit, sed sua iussa facit.

Pectore sub tacito, si quæ delicta fouebam,
 Cõprimit imensus, mēbra soluta dolor.

Impatiens animus crimen calare tacendo
 Vix poterit, signis proditur ille suis.

Nocte dieq; meum, cruciabat pectus acerbum
 Dura manus domini, mēbraq; læsa dolent:

Tunc

Tunc ego conuersus, patefeci vulnera mentis,
 Crimina detexi, quæ latuere diu.
 Decolor est facies, mæror sicca ossa coquebat,
 Carnibus absumptis, vulnera nuda patent.
 Tu mihi continuo parcis, noxaq; soluta,
 Me tibi concilias protinus alme Deus.
 Qui seruat præcepta Dei, pia iura recondens,
 Pectore, placabit numina sancta poli.
 Non timet armatos hostes, non horrida cæli
 Fulmina, nec ventos Aeole sæue tuos.
 Tu me seruabis, nè gens inimica nefandos
 Arguat interitus, vel paret arte dolos.
 Gaudia tu confers, animus solamine plenus
 Exultat, nemo me laniare potest.
 Tu maculas (inquis) purgabo pectoris omnes,
 Ac tibi monstrabo, limina clara poli:
 Et nunquã à vestro defleat lumina gressu,
 Lux mea sed vestros diriget alma pedes.
 Omnia complebo, si recto tramite semper
 Incedas, seruus si mihi fidus eris.
 Nè modo tu fias similis pascentibus hædis,
 Sive alijs, sensu quæ caruere, feris.

Multa manent tormēta viros, qui vana loquētes
 Gentibus imponunt, falsaq; verba serunt.
 Huic veniam, pacemq; dabis pater optime rerū,
 Qui tibi perpetuo tempore fidus erit.
 Non fuit austerus dominus, nec durus & acer,
 Parcere supplicibus, dum sua dāna gemūt.
 Qui dominum cæli veneratur pectore toto,
 Nescius & fraudis, gaudia sancta capit.
 Numinibus sua vota ferat, sanctæq; Sioni,
 Gaudia, quæ sentit, proferat ore suo.
 Laudibus extollam Patrem, cum flamine sancto,
 Vnicus in cælo, filius astra regit.
 Ardentem quis bile Deū, famulisq; tumentē
 Leniat? accensum quis tolerare queat?
 Da mihi tu pacem, veniam concede petenti,
 Ne me corripias, cum furor incaluit.
 Argue nē seruum, stellantis rector Olympi,
 Quas mereor pœnas, ne meminisse velis.
 Me grauiter lœdunt, hærentes corde sagittæ,
 Dextera quas iecit plena furore tua.
 Vndique me pauidum percussit dextera dura,
 Non habet in nobis iam noua plaga locum.

Psalmus
 tertius.

A

Ruptaque compago, dissoluit corporis artus:
 Obruit & vires, iustior ira Dei.
 Meque grauat miserū, sceleris mēs cōscia prauī,
 Est veluti saxum quod grauat ossa, scelus.
 Vulneris antiqui, rupta est obduta cicatrix,
 Euomit & tabem, pectora vulnus habēs.
 Sum miser, affictus, grauibus cōpressus habenis
 Curarum: miserum me premit ira Dei.
 Vlcera quæ nostro conduntur pectore, fæda,
 Corpora deijciunt, tota referta malis.
 Est grauis & rebemens, animā qui cōmouet istā
 Mæror: at hūc verbis promere lingua nequit:
 Non te vota latent, non te suspiria nostra:
 Palpitat & pavidum cor mihi magne Deus.
 Viribus exhaustis languēt mea membra, timore
 Torpeo: caligo lumina nostra tenet.
 Et longè fugiunt commertia nostra propinqui,
 Vlcera propellunt hos mea fæda procul.
 In me conspirant, tendentes retia, plena
 Fraudibus: exitium gens mihi sœua parat.
 Torpuit auditus, hæret mea lingua palato,
 Non ea respondet, vox mea blæsa manet.
 Sum

Sum veluti elinguis, non possum promere verbis
 Crimina, quæ passim gens malè fida serit.
 In te confido, spes omnis certa salutis,
 In te firma manet, tu mihi ductor ades.
 Annue quaeso Deus, nè me derideat hostis,
 Neu fiam aduersis fabula nota meis.
 Si mihi fortè pedes lapsu turbantur iniquo,
 Imminet ærumnis gens scelerata meis.
 Verbera cõmerui, patiar quascũque libenter
 Contuleris pœnas, quæ mihi flagra dabis.
 Sum miser, & fateor cumulos meruisse malorũ,
 Omnia quæ feci crimina spontè tuam.
 Sed tamen intercæ vires assumit eundo
 Hostis, & insultat factio sæua mihi.
 Viuit & acquirit robur scelerata iuuentus,
 Heu patior sæua vulnera facta manu.
 Sustineo ærumnas, indigno pectore sæuas,
 Pro meritis soluit gens scelerata malum.
 Ingerit in miserum famulũ tua iussa sequentẽ,
 Crimina, quæ nunquã me meruisse puto.
 Ne procul à nobis discedas rector Olympi,
 Desere nè seruum, qui tua iussa sequor.
Me

Me mala circundāt, cruciant me multa pericla,

Auxiliū presta tu mihi quæso Deus.

Subueniat nobis, tua dextera plena salutis,

Vnicus es dominus, tu mihi sola salus.

Sedibus æthereis regnat cū Flamine, Natus,

Et Pater in cælo sydera cuncta regit.

M*agne Deus miserere mei, miserere precātis,* Psalmus
quartus

Exaudiq; pias, quas ego fundo preces.

Tu memor esto mei, scelerum miserere meorū,

Flecte oculos, sordes ablue quæso meas.

Sit mea mens tersa, excocto quo purior auro,

Luceat, & tenebras excute corde meo.

Quanquā me pudeat, fat cor quod cognita labe

Est affixa animo, quæ mihi sæua nocet.

Ante oculos errat, peccati vilis imago,

Atq; animam pungit, lædit & ossa mea.

Tu mihi solus ades, delicti testis acerbi,

Arbiter es verus, cui mea culpa patet.

Comprimis & linguas, audentes facta supremū

Numinis in dubium vertere sæpe tui.

Protinus ex ortu genetricis, sordida labe

Hæret, & infectum cor mea pestis habet.

Incorruptus amas animos candore nitentes,
 Diligis insontes, & sine fraude viros.
 Arcanum, legesq; tuas, præcepta, subindè
 Omne quod occultum, notius esse facis.
 Frondibus hyssopi conspersû, & flamine sancto,
 Me pater illustra, sit tibi cura mei.
 Si tu me aspergas, capient mea membra decorè,
 Deterfus maculis, mox ego mundus ero.
 Nuntia si mittas, quæ sint mihi lata, beatum
 Me facies, robur mox mea membra capit.
 Non animi lapsus obserues lumine toruo,
 Nè numeres labe, ablue prorsus eas.
 Cor mihi sit rectum, sceleris me reddere purum
 Incipe, & banc animã roboret alma manus.
 Ne faciem defleete tuam, neu longiùs (oro)
 Tu pater esse velis, frigeat ira tua.
 Flamine tu sancto firmabis pectora nostra,
 Perpetuò mecum tu Deus esse velis.
 Gaudia redde mihi, speratam mitte salutem,
 Pacem perpetuam, da mihi summe Deus.
 Hos animi nostri motus compesce rebelles,
 Principe tu firma flamine corda mea.

Impius exemplo monitus, tua iussa faceffet.

Ad te conuersus, se gemet esse reum.

Cum sibi præteritæ fraudis sit conscius, omne

Abijciet numen, quod coluisse pudet.

Eripe me seruum, laqueus ne gentis iniquæ

Obruat, in fontem, vel mihi damna paret.

Tunc ego te iustum, sanctum pariterq; benignum

Laudibus extollam, perpetuoq; canam.

Tu vocis mihi pande vias, quò gentibus alma

Hæc tua maiestas, notior esse queat.

Gentibus à cunctis celebretur rector Olympi,

Et resonet toto numen in orbe tuum.

Victima Cæsa foret, sed te non victima placat,

Sanguinis hircini, fusio nulla placet.

Si me peniteat fraudum, scelerumq; meorum,

Illico placabo numina læsa tua.

Cor tibi contritum, pertesum criminis olim

A me commissi, leniet ora tua.

Tu pater omnipotens, sanctæ miseresce Syonis,

Nè cadat in præceps, id tua dextra vetet.

Perpetuò solimæ sublimes protege turres,

Brachia tu populo plena fauore dato.

Tum tibi promeritis, grates mens sancta pudicis
 Persoluet votis, & tua iussa colet.

Tum vitulus pinguis, sacratas imbuet aras,
 Et cruor hircinus pascet odore focos.

Gloria sit Patri, atque eadem sit gloria Nato,
 Spiritui sancto, lausq; perennis erit.

Psalmus
 quintus.

EXaudi genitor voces, gemitusq; precantum,
 Percipe clamoris flebilis aure sonum.

Substrabe ne vultum misero, qui clade fatigor,
 Undique quem lachrymæ nocte, dieq; rigant.

Arrige supplicis aures Pater optiuse nostris,
 Da facilem votis, te Deus almae meis.

Porrige tu dextram celerem, sua fata gementi,
 Sentiatur auxilium (sit mora nulla) tuum.

Transvolat ut flamma, & ceu torris leniter ignis
 Vritur in lento, sic mea vita perit.

Dum luctu crucior, panemq; dolore relinquo,
 Tabuit ex succu cor mihi nocte gemens.

Tristia continuo rumpuntur pectora questu,
 Ossibus hærescit vix cutis vlla meis.

Ut cuculus deserta colit, saltusq; pererrat,
 Noctua ceu ruptis turribus alta later.

Vt querulo cantu turtur sua tecta frequentat,
 Sic miser & solus nocte, dieque gemo.
 Improba gens miserum veluti ludibria ridet,
 Exprobat insoniti facta dolenda mihi.
 Non cibus est gratus, cineris dedit ille saporem,
 Et lachrymis epulas, tempero saepe meis.
 Me grauibus pœnis cumulat feruentior ira,
 Quæ tua, se mecû, nunc velut hostis agit.
 Ex humili populo genito, tua scepra dedisti,
 Vt me præcipitem mox Pater alme dares.
 Vt volat umbra fugax, caligoq; sera propinquat,
 Sic properat velox mox peritura dies.
 Vt fœnum arefcit, medio sub sole calente,
 Sic mea deficiunt, ossa perusta malis.
 At te perpetuis, neſtentem sæcula factis,
 Nulla dies carpit, sit licet illa fugax.
 Non poterit nomen ventura extinguere proles,
 Posteritasque tuos, non abolere dies.
 Surge Pater tandem, placido tu tecta Syonis
 Lumine respicias, atque refecta cole.
 Tempora promissi redeunt iam plena, memento,
 Eripe tu gentem, quæ tibi chara fuit.

LIBER

Disiectos lapides uideat, ruptamq; syonem,
 Cum miser hic populus, fletibus ora rigat,
 Gentibus externis terrores incute saeuos,
 Brachia sed populo porrige sancta tuo,
 Vt domini nomen toto memoretur in orbe
 Deprecor, & terror gentibus esse velit.
 Extruet euersam solymam, templumq; Syonis,
 Imperioq; suo subdita cuncta dabit.
 Aetbere tunc dñs lachrymas miserabitur & gras,
 Parcere contritis tu Deus alme soles,
 Omnia gesta Dei, tabula sint scripta fideli,
 Gentibus vt pateat gloria magna Dei.
 Noxorum gemitus audit, cunctisq; libenter
 Concedit veniam, nam solet esse pius.
 Liberat addictos morti, quos compede soluit,
 Vt domini laudes protinus orbe sonent.
 Vndiq; conueniant gentes, & pleetra Syonis
 Extollant nomen, factaq; magna Dei.
 Buccina longinquas pertingens ocyus aures,
 Indicet, à populo templa resecta Dei.
 Tunc procul à terris, & longis finibus orbis,
 Excita gens veniet, sacrificare Deo.

Munera

Munera quæ reges donabunt supplice mente,
 Suscipies gremio, tu Deus alme tuo.
 Quauis comminuit robur, vitamq; repressit,
 Atq; iuuenta suam corrui ante diem:
 Ad te clamabo, supplex tua numina poscam,
 Ne vitæ cursum contrahat ira meæ.
 Posteritas noscat, domini præconia magni,
 Nec senium laudes, obliterare queat.
 Æthere de sancto dominus respexit, & omnes
 Liberat à culpis, crimina dira tegens.
 Vita breuis, conferta malis, oppleta querelis,
 Sunt mihi perpauca, quos ego viuo dies.
 Tu tamen æterni, seriem moderaberis æui,
 Et tua luceſcet, gloria magna polo.
 Tu poteris cursus astrorum sistere semper,
 Sistere te dominum, Sydera nulla queunt.
 Tu prior es terra, tu primus cuncta creasti,
 Progenies pendet, numine tota tuo.
 Imminet interitus cunctis, & cuncta, peribunt,
 Sed domino interitum tempora nulla dabunt.
 Deterit annorum series, quodcunq; creatum est,
 Deterit & vestem, tempus inane meam.

Imperio domini parent terrena potenti,
 Mutabit nutu singula quæq; suo.
 Viuit in æternum Dominus, semperq; manebit,
 Sæcula deficient, deficere ille nequit.
 Seruorum tibi soboles habitabit in auo,
 Si sit grata Deo, sæcula multa teret.
 Filius & genitor pariter cum Flamine sancto,
 Efficiunt vnum, gloria trina manet.
C Vrarum rapidis vexatus fluctibus olim,
 Ad te clamani, lumina flette tua.
 Verba ex arcanis penetrabilibus excita nostris,
 Auribus exaudi, tu pater alme tuis.
 Accipe tu questus intentis auribus omnes,
 Tende manum facilem, mitior esto mihi:
 Si tetricus vindex plectas delicta vetusta,
 Spes mihi languenti nulla salutis erit:
 Exitus infelix, veniam clamore petentes
 Affliget, quoniam pure fluente madent,
 Tu tamen es facilis, pacata mente remittes
 Crimina, quæ pœnas promeruere graues.
 Quapropter rerum te credimus esse parentem,
 Parcere non renuis, non alimenta negas.

Psalmus
 sextus.

Pollicitus fueras olim, te criminis esse
 Oblitum, reficit me tua certa fides:
 Fallere tu nescis, verum tu semper amasti,
 Exigo promissi, debita iura tui.
 Vt vigil in tenebris lucem perquirat amatam,
 Sic animus flagrat, proximus esse Deo.
 Securi sperate pi, scelus omne remittet,
 Aurea qui clari condidit astra poli.
 Omnibus ille manum tendit mortalibus agris,
 Qui veniam poscunt, & sua facta gemunt.
 Nam pius est dominus, nō durus parcere, quādo
 Inuocat auxilium, supplice voce reus.
 Liber ab hoste manet, studio quicumq; fideli
 Numinis aeterni iussa verenda colit.
 Electi generis prolem, suprema potestas
 Afferet, & maculas destruet illa graues.
 Proxima mors aderat, dñs sed morte redemit
 Astriētos laqueo, praecipitante nece.
 Luceat in calis, pietas immensa Tonantis,
 Flamme cum sancto, Filius astra tenet.
Rebus in aduersis, audi clamore vocantem
 Te dominum, clemens sis mihi quaeso Deus.

Psalmus
 septimus.

Ho-

LIBER

Hostibus illa sum me serua, iudicis æqui
 Officium præsta, liber vt esse queam.
 Nè vitam perpende meam, ne lance seuera,
 Iudicio vè graui, crimina plecte mea.
 Non adèd quisquam fuerit sic tersus, vt antè
 Conspectum domini, se putet esse pium.
 Imminet heu misero vebemens inimicus & acer,
 Qui me dilaceret, se velut hostis agens:
 Tristibus in tenebris absconsus, luminis exors,
 Viuo miser, veluti quem premit atra dies.
 Obruta mens curis, cæpit meminisse prioris
 Temporis, & facti tunc meminisse tui.
 Præsidio confisa tuo gens integra quondam,
 A mortis laqueo libera sæpe fuit.
 Hæc ego cū meditor, supplex tua numina posco,
 Auxiliumq; tuum, semper habere reor.
 Mens mea sic intenta tibi, te respicit vnum,
 Respicit vt nimbos arida terra tuos.
 Tu celer exaudi, nam flatus pectora pulsat
 Vix mea, defessus nescit habere modum.
 Si faciem auertis, si me non respicis, atra
 Faucibus in siccis mors inimica sedet.

Auxilio

Auxilio fretus diuinis numinis, omnes
 AErumnas patiar, quas meruisse scio.
 Mens mea te dominum spe firma conspicit, audē
 Beniter has omnes, quas ego fundo preces.
 Da finem curis, sinemq; impone periclis,
 Quæ me discruciant, quæ mihi bella mouent.
 Protege me seruum properè de gente nefanda,
 Tu meus es custos, tu mihi certa salus.
 Me doceas semper, callem perquirere rectum,
 Vt fugiam tenebras, quæq; nocere queunt.
 Te veneror dominum, te prosequor vndiq; uotis,
 Dirige tu gressus per loca plana meos:
 Præceptis me (quæso) tuis parere iubeto,
 Nè male credentem, puniat ira tua.
 Nomen vt æternum toto pandatur in orbe,
 Me recrea orbatum commoditate tua.
 Liber vt euadam nigri de faucibus Orci,
 Fac Pater omnipotens, meq; fauore reple.
 Perde meos hostes qui me laniare volentes,
 Distèdunt pedibus retia multa meis.
 Me famulum serua, nè me permitte repelli
 In tenebras: facilis tu Deus esto mihi.

Finis septē
psalmodū.

*Gaudeat in cœlo Natus cum Flamine sancto,
Gloria sit Patri, quem tremit omne genus.*

¶ *Postquam facta quies tēplo, rumorq; resedit
Et redeunt omnes in sua tecta patres.*

*Obtegitur tumulus lugubri veste, lucernæ
Funereæ lucent: idq; iubente sene.*

Tumulus
siue epita-
phium.

*Scribitur in tumulo versus, qui incōmoda pingit
Acria, quæ senium, quæq; iuuenta tulit.*

*Sum natus flendo, flens vixi, lumina clausi
Flendo: propterea mors mihi vita fuit.*

*Crimina commisi, misero quæ dura minantur,
Scd me solantur vulnera Christi tua.*

*Qui legis hos modulōs, votis venerabere sanctis
Authorem vitæ, sanctaq; iura cole.*

Regis ser-
mo in ve-
tuli funere

*Defuncti vetuli rumor peruenit ad aures
Regis, & his verbis se doluisse refert.*

*Non nē viri proceres, vetulum perijisse videtis?
Qui modò visus erat, viribus incolumis?*

*Quàm citò defluxit iuuenilis pectoris ardor,
Quàm citò defluxit corpore tensa cutis.*

*Quàm citò rugata est facies formosa, colorque
Marcuit ille rubens, quam citò vita perijt.*

Quàm

Quàm citò procubuit vetuli vox illa sonora,
 Verbaq; sincero pectore missa suo.
 Prælia commisit multo discrimine plena,
 Robore cum valido, parta trophæa tulit.
 Sæpe meo iussu, numerosa negocia gessit,
 Et nunquam officio defuit ille suo.
 Omnia compleuit magna gravitate, fideq;ue,
 Omnibus ut pateant, cuncta referre volo.
 Imperio nostro peragravit regna remota,
 Fecit & arbitrio singula quæque meo.
 Romæ legatus, leniuit pectora summi
 Pontificis, nobis qui malè durus erat.
 Missus & ad Gallos, legati munia plenè
 Perfecit, ratio præstita recta fuit.
 Missus & ad Gangem, superavit prælia multa,
 Indomitæ gentis colla superba præmens.
 In Lybiam missus, Maurorum prælia vicit,
 Captivo exuvias victor ab hoste tulit.
 Regius est factus præfectus censibus vrbis,
 Et nihil omisit, quod potuisset agi.
 Sæpe meos populos moderatus pace togata,
 Puniit errantes, & pia iura dedit.

Dives, & in nostro pro me patrimonia, regno
 Vendidit, anteferens commoda nostra suis.
 Nocte dieq; labor fuit vsq; , vt publica regni
 Munera tractaret sedulitate vigil.
 Pauperiem tulit, vt starent mea regna beata,
 Pro causa voluit debitor esse mea.
 Vera quidem fateor multum debere senectæ,
 Quam nunc in tumulto durior vrna capit.
 Cura mihi superest natis prodesse, propinquos
 Sustentare: omnem progeniemq; senis.
 Vos precor ò proceres, defuncti accersite natos,
 Debeo quæ patri, gnatus habere potest.
 Hæc postquam dixit, tacito sermone quieuit:
 Qui veniunt natos suscipit ore alacri.
 Excipit hos omnes, dispersit munera cunctis,
 Traditur ingenuo filia nupta viro.
 Non negat auxiliũ reliquis, quos esse propinquos
 Nouit, & vxori grandia dona dedit.
 Defuncti matrem longo sermone refecit,
 Promisitq; illi, se fore sponte patrem.
 Admisit famulos, atq; imperat esse clientes,
 Præscripsit larga, munera cuiq; manu.

Iam maior natus, mensæ præferter honori,
 Chironimonq; alter iunior efficitur.
 Gnataq; iam maior, regali traditur aula,
 Præterea cunâtis, Rex sua dona dedit.
 Hæc postquam fecit, blando sermone locutus,
 Præcipit hæredes, mox domus esse patris.
 Imperat vt matrem solentur voce benigna,
 Conueniant auiam quæ viduata manet.
 Talia sic fatus famulos dimisit, & aulam
 Ingressus, iuuenes quæ facienda docet.
 Defuncti vetuli natos admisimus aula,
 Hos facite, vt studeant moribus esse pijs.
 Iudicis imperium seruent, & templa frequentet,
 Nè noceant cuiquam, viuere pace velint.
 Otia contemnant, cælestia numina seruent,
 Et proceres aula, cum pietate colant.

Finis Lib. II.



LIBER DVODECIMVS,
De Maioratus, vel Primogenituræ
institutione.



Est vetuli mortem, quædam testatio
mentis

Est inuenta domi, clausaque clauæ
patris.

In qua disponit, dignissima quæque relatu,
Qualia nunc nostri temporis vsus habet.

Tertia pars rerum, diuisa est tota seorsum,
Filius vt maior nomen habere queat.

Iure quidem stabili disponunt ambo parentes,
Maiori vt nato tertia pars veniat.

Fisvetulus
fuit vxora
tus.

Infœcunda fuit coniux sua prima marito,
Sed fœcunda fuit nupta secunda seni.

Masculus ille sit, amborum cui tertia venit,
Nil capit ex istis filia nata bonis.

Quis dica
tur primi-
genus.

Qui prius est natus, quanuis non nascitur alter
Primigeni nomen semper habere potest.

Primigenus dicunt Romani nomine tales,
Qui remanent stabiles (lege iubente) diu.

Gens ditata genus cupiens seruare, decusque,
Quædam perpetuò prædia iure ligat.

Ter-

Inuehitur
author in-
nobiles,

Tertia pars solum seruatur iure ligata,
At reliquas partes postera turba capit.

Gens ingrata Deo, generiq; inimica tuorum,
Naturæ leges, rumpere sæua cupis.

Lex iubet, vt nati succedant patribus æquæ,
Portioq; equalis, distribuatur eis.

Sepparat id vetulus, quod nõ licet esse scorsum,
Offendit leges, æquaq; iura Dei.

Ambo volunt natos qui sunt etate priores,
Iura ligaturæ, surripuisse suæ.

Gallica maiores successio respicit, illos
Respicit Hispanus (lege monente) pater.

Anglia non renuit, concedit Olyssæa tellus,
Vngariæ populi talia iura colunt.

Tenarius populus, præfert etate priores,
Quauis sit maior crimine turpis, iners.

Firminus est regnum, si soli traditur uni,
Quam si per partes regia iussa secent.

Partito imperio, maduerunt sanguine fratres,
Non capit imperium, non capit vrna duos.

Sed semel vt dicam, maiores dulcia regna
Suscipiunt, viro regna repleta graui.

Regna sũt
oĩa plena
veneno.

*Gens Iudæa suos spernens ætate minores,
Maiori nato munera dupla dedit:*

*Assidet à dextris qui primus nascitur, omnens
Posterius natum, parsq; sinistra tenet.*

Dextera
prestātor
sinistrā.

*Dextera præstanti valuit nam semper honore,
Dextera porrigitur, si bene cuncta valent.*

*Filius induitur maior cum veste decora,
Non capit hanc frater, qui fuit æde minor.*

*Dextera debetur nato, qui primus in aula
Visus, et hunc gremio mater amica fouet.*

*Primigenus reliquos fratres præcedit honore,
Huic prior in mensa cum patre discus erit.*

*Hūc recolūt patres, magno et venerātur honore,
Plus reliquis natis, quos genuere senes.*

Annō pri
mogenit⁹
Dauidis
occiditur
ab Absolo
ne propter
viriatā so-
rorē Ta-
mar.

*Primigenum natum summo dilexit, amore
Rex pius Amnonem, quē necat atra Venus.*

*Primigenus natus, robur monstrare paternum
Fertur, & hic patris nomen habere facit.*

*Summus amor patris, totus consistit in illo
Qui prior est genitus, qui bona primus habet.*

*Primigeni leges seruant animalia cuncta,
Quod prius emissum est, cōstat honore frui.*

Sus prius enato distendēs vbera porco,

Hunc fouet, & māmā postera turba capit.

Est elephas primus, deducens agmina secum:

Si prius est natus, de grege primus eat.

De grege quæ maior fuerit formica subibit

Pascua, deducens agmina, farrā petens.

Primigenoq; canis seruat sua iura catello,

Quod canis obseruat, mater hirundo facit.

Primigenus patris robur, virtusq; vocatur,

Primitias patris docta sophia vocat.

Robur patris erat Ruben qui primus in aula

Natus erat, patri primigenusq; fuit.

Sacra relinquuntur nato qui primus in auram

Profilit, & reliquis presidet æde patris.

Maiores natu, patris denominat omnes

Nomine prisca dies, hæc monumenta tenēs.

Primigeni fetus, meliores esse videntur,

Nam validas vires prima iuuenta tenet.

Vltima progenies non utilis esse videtur.

Effetum senium deteriora facit.

Si genus aspicias, inquit Saturnia Iuno,

Saturnum feci nomē habere patris.

Primigenus
patris est
robur.

Rubenus

Prima patrē feci, primū mihi nomē honoris,
Oscula prima dedi, basia prima tuli.

Prima tuis genibus cubui, plaususque recepi,
Brachia me primum sustinuerē tua.

Filia Aga-
menonis
in aulide
iugulata.

Hæc fatur lacrymās, Agamenone nata parētē,
Aulide nē gladius colla tenella petat.

Post mortē patris, qui dulci fungitur aura
Natus, primigenus dicitur esse patri.

Quis sit
primigenus?

Nil tamen obstabit, fuerit si primus in æuum
Alter productus, quem rapit atra dies.

Portio debetur natis tamen æqua bonorum:
Displicet omnino portio dispar eis.

Id tamen est verum, si tertia ducta scorsum,
Tradatur nato, primigenoq; suo.

Inuida nascetur fratri discordia semper,
Si videat fratrem plura tenere bona.

Non patitur frater quod fratri potior maior
Obtingat, potius perdere cuncta velit.

Invidia re-
gnat in plu-
ribus.

Insita vis animi, quæ non ratione probatur,
Insidet humanis insidiosa viris.

Prædia cuncta patris potius solvantur in aurās,
Aut hostis capiat, vel ruat illa notus.

*(Vnus ait fratrum,) quàm maior portio fratri
 Obtingat, iuri cedere nemo volet.
 Vas erat argenti, materna sede repostum,
 Scinditur in partes, frustula quisque capit.
 Vestis sana fuit, diuisa est partibus æquis,
 Has capiunt fratres, nemo recusat eas.
 Inuida fors cogit fratres euertere iura
 Naturæ, fratres quæ iubet esse pares.
 Fraternas acies, alternaq; regna profanis
 Decertata odijs, inuida fors agit.
 Fraternali Romæ maduerunt Sanguine muri,
 Pollutasq; manus sanguine frater habet.
 Sollicitat fratres viua discordia sanctos,
 Primitium rapuit iunior, arte, dolo.
 Fratibus æqualis ratio seruetur in omni
 Tempore, pax semper luceat inter eos.
 Hæc tria placabunt dominum, concordia fratrum,
 Coniugium placidum, paxq; quæ quæta domi.
 Ille erit inuisus domino, qui seminat inter
 Fratres dissidium, bellaq; scua mouet.
 Æqualis ratio semper conseruat amicos,
 Oppositum contra, disparilisque facit.*

Iacob &
 Esau.

Tria quæ
 placât do-
 minum.

Cōcordia *Auget res omnes, altrix concordia rerum,*
 reserescūt,
 discordia *Sed ratio discors, perdere cuncta solet.*
 vero dila- *Parua res crescunt quando concordia regnat,*
 buntur. *Si tamen illa cadit, cuncta perire vides.*

Paritas cō *Aequales natura fouet, concordat amicos,*
 necit ami- *Cōnectitque vrbes vrbibus alma parens.*
 cos. *Adiungit socios sociis, comitesque benigno*
Recreat amplexu, si videt esse pares.

Superior *Legitima est homini paritas, & semper amica,*
 nō habet *Nunquam maiori fidus amicus erit.*
 fidos ami- *Qui minor, is nunquam patienti pectore suffert*
 cos. *Maiorem, subdi nemo libenter amat.*

Iugum ne *Mensuras homini, partes, & pondera, census,*
 mo suffert *Aequalis ratio, iuraque constituunt.*

Ratio æ- *Hæc numerū rerum finiuit, certa mouentur*
 qualis suū *Ordine quæque suo, sors sua quemque manet.*
 ordinem *Luce dies gaudet visa, nox atra tenebris,*
 seruat. *Sors sua cuique placet, nec superata dolet.*
Lumine sol seruit, tenebræ mortalibus ægris
Proficiunt, vadunt ordine quæque suo.
Inuida sors hominum, refugit seruare vetustam
Et certam legem, quam posuere poli.

Non valet aequalis ratio, superare minorem
 Contendit maior, ius perit, arma valent.

Ius est in
 armis.

Ius est in gladio, pereunt sua iura minori:

Decidit è causa, qui nequit æra dare.

Ius commune vetat, fratres præcedere fratrem

Primigenum, quannis lex positiua probet.

Frater mi-
 nor nō præ-
 cedit maio-
 re.

Accidit, vt fratres qui sunt ætate minores,

Nomine præcellant, indeq; crescat honor:

Hos tunc primigenus magno splendore nitentes

Perferet, & positos tunc in honore colet.

Par natura negat, paribus contraria poni

Iura, sed æquales expetit esse pares.

Primigeni leges natura reprehendit iniquas,

Nam reprimūt natos, quos creat orbe pares.

Id tamen est verum, patrimonia cuncta parentū

In nihilum verti, si refecare velis.

Publica res ciues locupletes vrbibus esse

Gaudet, & hos multos, vt sua regna beent.

Id fuit in causa quod rerum portio maior

Primigeno obuেনiat, iure ligata suo.

Est honor insignis patriæ (si quando necesse est)

Primigenis multis regia tecta coli.

Quare ma-
 ioratus fu-
 erunt mi-
 tuta.

LIBER

*Si vim nummorum, si censum, & prædia multa
Primigenus teneat, testæ superba micant.*

*Petronius. Quisquis habet nummus, secunda uaniget auras:
Fortunamq; suo temperet arbitrio.*

*Multa loquor: quoduis nūmis præsentibus opta
Et ueniet, clausum possidet arca iouem.*

*Quomō
hoīes illu- Fit domus illustris, nullum minuenda per æuum,
stres fiant. Si bona perpetuò sat stabilita manent.*

*Scorus vir Vir pius in sacris versatus legibus, inquit,
theologus Primigeno patrem posse ligare bona.*

*Florent Regna suis (si quando copia subsit)
Primigenis, quorum uiribus illa ualent.*

*Multos imperitare malum est: rex vnicus esto,
Ad nihilum redigis, si bona seæta facis.*

*Nam diuisa bona & quæ cernis per uia multis,
Absumit tempus: tempore cuncta cadunt.*

*Si coniuncta simul fuerint & legibus aræta,
Omnia durabunt, non tamen illa diu.*

*Nihil est diuturnū
ac ppetuū. Esse diu quicquam nè credas, omnia tempus
Solut De^o Absorbet: solus stat sine fine Deus.*

*est ppetu^o. Vnicus imperitet (dicit respublica) nobis,
Vnicus in domibus iura tenere potest.*

Inter enim multos confusio regnat: ab vno
 Certa salus pendet, præsidiumq; fluit.
 Vndosum dum terra fretum, terramq; leuabit Similitus
 Aër, dum solem voluet in axe labor:
 Noxq; diem cælo bis sex per signa sequetur,
 Nulla fides regno, si comes vllus erit.
 Impatiens consortis erit quæcunque potestas: Cæsar &
 Bella pares faciunt: hinc socer, inde gener. Põpeius.
 Non partita domus, non regna relicta duobus,
 Firma manent: armis cedere regna solent.
 Ambitus impatiens, & summo dulcius vnum
 Stare loco: socios non locus vnus habet.
 Communi in regno semper discordia regnat, Regnũ &
 Non benè cum socijs regna, Venusq; manent. Venus nõ
 Terra duos soles nunquam patienter habebit, patitur
 Nulla duas lunas nox tolerare potest. cõsortem.
 Consortem nemo poterit sufferre, priorem
 Non patitur quisquam, cui fauet aura leuis.
 Seditio sæuit, cum plures regna gubernant,
 Hanc sequitur cædes, bellaq; multa fremũt.
 Hunc proceres, illum regnãtem turba sequetur,
 Factio diuisa est: inclyta regna cadunt.

*Si bona disiungas fuerint quæ iuncta, peribunt
Mania, flaccescent nomina magna patrum.*

*Quare pri Ne tamen id fiat, patiuntur iura libenter
migeni pla Primigenum, ut maneât integra testâ d'na
cct.*

*Vnicus ba Vnum corpus erit, præualeat vna fides;
ptimus & Vnus baptismus, qui nobis vita salusque:
vnica fides Vnicus in cælo permeat astra Deus.*

*Vnicus est Vnicus est princeps apibus, gregibusq; per arua
princeps Ducendis vnus dux erit, arua sequens.
apibus: gre Vnus erit rector, quem cuncta armeta sequetur,
gib^o vnus De grege porcorum, dux erit vnus eis.
dux ducē- Nemo potest dominis æque seruire duobus,
dis. Quapropter princeps vnus habendus erit.*

*Quare vn^o Is poterit semper populos frænare superbos,
princeps Iustitiaq; reget subdita cuncta sibi.
fit habed^o. Tales primigeno potius debentur honores,
Qui prius est natus, quem prius aura videt.*

*Is virtute prior fuerit qui primus in aula
Visus, & huic dabitur primus in vrbe locus.
Fratribus hic potior, qui maior: præsidet iste:
At reliqui fratres, se patienter habent.*

Naturæ leges nemo contemnere debet,

Natura in
bet senio-
re præferri

Quæ iubet, vt senior regia recta colat.

Ergo primigenum patiantur iure minores,

Iunior huic fratri subditus esse velit.

Frater primigenus præstare alimenta minori

Primigen^o
frater mi-
norib^o ali-
mera dabit

Debet, & hoc ratio, fasq; piúmq; monet.

Rex Iosaphat natum, quæ primum vidit in aula,

Constituit Regem, cui sua sceptrâ dedit.

Rex Iosa-
phat.

Ille aliis natis vitium præscripsit honestum,

Vt possint lautè sedibus esse suis.

Cyrus idem fecit, Cambisses filius hæres

Cyrus, Cã
bisses.

Præsidet in regno, cætera turba silet.

Legibus hoc iussit, ratio veneranda Platonis,

Qui reliquis natis, vult alimenta dari.

Fratres mi-
nores cu-
râ frequẽ
tent.

Qui minor est natu, Regis vestigia seruet,

Seruiat huic patiens, hinc alimenta paret.

Illi equidem nati propulsi sede paterna,

Mænia constituunt parta labore suo.

Regibus hi parent, illorum iussa capeffunt,

His tribuunt Reges regia dona viris.

Primigenis se ferre pares, in censibus optant,

Hos superant regis sæpe fauore sui.

Si minores
fr̄e. habeāt
vnde, non
ali debēt à
primigeno

Si tamen his gnatis superest possessio quaedam,
His sua primigenus non alimenta dabit.

Et quanuis nequeant priuari iure minores,
Ob bona quæ veniunt, id tolerare decet

Sæpe suo certè contingit iure carere
Expertem culpæ, sed puto, causa subest.

Feuda pri-
migenis
debentur.

Solis primigenis deferri feuda parentum,
Ius commune iubet, nec pia iura vetant.

Omnia partiri consentit feuda parentum
Vsus, cui ratio suppeditavit opem.

Edidit bos vno gestatos viscere fratres
Mater: quos ratio precipit esse pares.

Filia ī mul-
tis regnis,
in regno
succedit.

Si mas deficiat, regnum regina gubernat,
In multis regnis filia regna regit.

Reginam scit ferre Pharos, regnumq; Nauarræ,
Tenarium populum fœmina iure regit.

Fœmineo sexu regitur Pandæa propago,
Herculis imperio, filia regna capit.

In quibus-
dā regnis
dimisso fr̄e
regnat so-
ror.

A Carie populis, præfertur fœmina regno,
Fratresq; dimisso, sola gubernat eos.

Post obitum patris, suscepit filia cæli,
Consensu populi, regna relicta patris.

Non tibi sit mirum, Mædis, leuibusq; Sabæis
Imperat hic sexus, regna subacta tenens.

Barbaria subiecta iacet pars maxima sexu
Fæmineo, imperium non tolerare pudet.

Italia reginatus, prolesque virilis
Non fuit, id fatis, & renuente Deo:

Sola domum & tantas seruabat filia sedes,
Aeneæ nupsit, fæmina diues opum.

Legibus Hispanis, succedit filia regno:
Lege Britænorum filia regna tenet.

Exclusis maribus, succedit filia regno,
Quæ magis est Regi sanguine iuncta suo.

Pluribus id regnis seruatur: Gallia nunquam
Admittit gnatas regna tenere patrum.

Anglia consentit gnatas regnare superba:
Vngariæ regno filia sceptrum capit.

Suscipit in Lybia, proauorum fæmina regnum,
Traditur huic sceptrum, regia testæ patet.

Si mas defecit, cur non regnabit in aula?
Filia quam genui, semine nata meo?

Si forsitan dicas, careat quod fæmina sano
Consilio, & cerebrum non habuisse graue:

Rex Lati-
nus.

Lex salica
nō admit-
tit filias re-
gnare in
Gallia.
Anglia su-
fert regna
re femina.
Idē Vnga-
ria.
Idē Libia.
Interroga-
tio.

Mox

*Mox tibi respondet generosus cætus earum,
Imperio quarum, regna beata manent.*

Elisabetha
regina Ca
stellæ.

*Castellæ regnum tenuit regina verenda,
Elisabetha fuit, suspicienda polo.*

Ex aliquo
rū sentētia
eueritur

*Sunt multi quorum sententia vana refertur,
Interitus regni est à muliere Regi.*

regnum,
quod femi
na guber
nat.

*Italicus sermo vertens hæc carmina quondam,
Ingemit imperium, si muliebri fuit.*

Sermo Ita
lius.

*Se vulua regge: oime, cridam le lingue,
Il fæminil governo, il regno estingue.*

Semiramis

*Plurima regna vides quæ quondã fæmina rexit,
Multa suis armis auctã fuere magis.*

*Plurima bella gerit pharetrata Semiramis vrbe,
Expulit à regnis bellica castra suis.*

*Regna suis armis extendit, prælia vicit,
Terruit & gladio castra inimica suo.*

*Sub ditione sua populos ditauit egenos,
Dux erat in bello, miles, & arma ferens.*

Elisabetha
regis Fer
nãdi vxor,
erat vira
go.

*Fernandi coniux vi cepit regna paterna,
Et domuit populos, bella superba gerens.*

*Expulit è regno regem qui bella mouebat,
Iniecit frenum, ciuibus arte suis.*

Sancta fra-
ternitas
Castellæ.

Instituit leges, quibus agri damna coercet

Plurima, quæ fuerant fratre regente pio.

Elisabetha fuit totum celebranda per orbem,

Cuius perpetuò fama decusque manet.

Ex utero matris qui primus pulsus in auram,

Primigenus patris solus habendus erit.

Hunc sibi sacrauit dominus, primusque tenebit

Iura ligaturæ, quæ statuere patres.

Primigeni nomen maribus concesserat olim,

Gens Iudæa prior, quos & honore fouet.

Si duo primigeni patri succedere certent,

Et non conueniat, cui prius orta dies:

Iudicio sortis soluetur quæstio, iura

Soluere quod nequeunt, fors ineûda potest.

Fortunæ arbitrio res discernatur oportet,

Vt sua quisque babeat lucra relicta patris.

Iudicio sortis varia, diuisit opimas

Impia gens sedes, idque iubente Ioue.

Imperium toto Neptunus in æquore gessit,

Non vi, non armis, sed quia sorte datum.

Parcite, pallentes umbras quicumque tenetis,

Duraque sortiti tercia regna Dei.

Sacrauit
dñs primi-
genū apud
Heoræos.
Primigeni
nome insti-
tuit prima
Iudæa.

Agitur de
forte iacieda.

Neptunus

Pluto & iu-
dices auer-
ni.

Om-

Omnia quæ nequeunt dirimi, nec iure probari;
 Sors dirimit, sorti non adimenda fides.
 Est etiam Pluto sortitus triste profundi
 Imperium, sorti res tribuenda fuit.
 Quæ minimè distant, committunt sortibus illæ
 Qui non conueniunt, lisq; suborta fuit.
 Nulla fides igitur vetulis adhibenda poetis,
 Dicebant calum sorte fuisse datum:
 Quis rudis vsque adeo? res vt discrimine toto
 Distantes, urnis exposuisse velit.
 Distat ab inferno multum præstantia cæli,
 Obscurus Pluto, sydera clara poli.
 Non vllæ sortes Regem fecere potentem,
 Sed virtus, valido robore firma manens.
 Quanquã quæ canimus, vero sint consona cunctis,
 Plurima sunt sorti (lege vacante) data.
 Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos:
 Mathias clerus sorte iuuante fuit.
 Sortibus electi sunt, qui sacrata ministrant,
 Sortibus exquiri, pagina sacra iubet.
 Permittit sortes diuina potentia, quando
 Res manet in dubio, totaq; lege caret.

Non fuit
 ecclū sorte
 datum.

Laocoön.
 Mathias.

A nautis Ionas conuictus sorte, profundum Ionas.

In mare deiectus, iussa negata luit.

Si nequeant nostras per leges facta probari,

Tunc locus est sorti, lis dirimatur ea.

Eligit in regem (coniecta sorte) Saulem, Saul sorte
elect⁹ rex.

Gens Hebræa, suo non bene fida Deo.

Sorte fuit Ionathas deprensus, fercula sumpsit Ionathas.

Dulcia, quæ vetuit religione pater.

Impia gens quando gladio peritura fuisset,

Vrna tenet sortem, quæ docet atra diem.

Humanas sortes renuit non summa potestas,

Sydera quæ cælo, quæque creata regit.

Vrna capit sortes, domini quæ mente reguntur, Sors regi-
tur à dño.

Temperat has dominus, spòteq; cuncta facit.

Sors reprimit lites, infranat recta superba, Laudantur
fortes.

Iudicio recto quæ peragenda, docet.

Iudicium sortis diuina est mente repostum,

Sapius humanum claudicat atque ruit.

Si duo contendant vxorem ducere eandem,

Atq; par est ratio, iuraq; vtrique fauent:

Fæmina sed nolit connubia ferre coacta,

Tunc erit in dubio, sors subeunda viris.

Sunt tamen & plures, quorum sententia fertur,
Coniugium discors, omnia iura vetant.

Sortibus, aut armis, nemo connubia tractet,
Libera sit mulier, nubere cuique velit.

Quando res sit forte dirimenda,
Fortunæ ac sortis res est dirimenda bilance,
Quando aliter fieri res peragenda nequit.

Sorte Remo victo Romanæ præfuit urbi
Romulus, & Romæ iura colenda dedit.

Post fuit imperium commissum sorte: sed ille
Qui fuit electus, regia sceptrum tenet.

Persarum rex Darius sorte electus,
Persarum populos Darius cum pace gubernat,
Rex fuit electus sorte frementis equi.

Quem sors delegit, recta ratione ministrat,
Pareat is cuius sors inimica fuit.

Regnum Missenum sortis documenta secutus est,
Imperat is cuius sors hymenæa canit:

Hunc ego poscentem cum quo concurreret, vultu
Sustinui: sortes incubere mihi.

Sorte sumus lecti, Circa ad mænia duxit
Me, sociosque novem sors male fida meos.

Ocyus incubere omnes, pariterque laborem
Sortiti, faciunt quæ peragenda decet.

Interea Æneas urbem designat aratro,
 Sortiturq; domos, quas habitare iubet.
 Omnis per muros legio sortita periculum,
 Excubat, ut maneant mœnia tuta diu.
 Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
 Et prohibet aditus, quos prohibere datum est.
 Arma parant iuuenes, at cætera turba senatus
 Munera sortito, nec mora, sponte capit.

O fœlix vna ante alias Priamœia virgo,
 Iussa mori ad tumultum sanguine tincta tuo.
 Non hæc sortitus, non risus pertulit ullos,
 Nec victoris heri cogitur ire thorum.

Policena
 in tumulto
 Achillis occisa.

Hæctoris Andromachem victor rapit, alter habere
 Cassandram exoptat, quas meruisse putat.
 Coniugis Heleni poscunt connubia multi,
 Sors mea quæ fuerit, nunc miseranda gemo.

Andromache.
 Cassandra.
 Coniux
 Heleni.

Sors Priami nuribus, natisque imponit acerbum
 Imperium, misera prædaque vilis erunt.
 Nec verò sine sorte data, sine iudice acerbo
 Sunt reliquæ, cunctas sors miseranda manet.
 Sunt quidam legum procures, qui sorte probari
 Res prohibent, certa quod ratione probant.

Sapè quidem recto (dicunt) præfertur iniquū,
 Nam ratione caret fors ineunda pia:

Non reputant iustum, nostros committere cēsus
 Casibus incertis quos mouet aura leuis.

Quid for-
 tuna fit.

Esse Dei nutus nobis (fortuna putatur),

Sed tamen incertus, certus at ille Deo.

Forſitan eſt quædam naturæ portio maior,

Quæ parit incertos (numine mota) iocos.

Quapropter nemo ſe ſorti tradere tentet,

Iudicium cuius ſæpe pericla manent.

Dic mihi quid fors, officio cui ſeruiat ipſa,

Quod micat, & talus nomina ſortis habent.

Iudicio & ratione caret, res ſorte petenda,

Fraude tamē plena eſt ſors ſubeunda graui.

Reſpice quod dico, ſermones conijce noſtros,

Quæ tibi propono ſingula mente tene.

Neglige fortunā, damnosaſ effuge ſortes,

Omnia prætereà quæ nocuiſſe ſolent.

Sortibus incumbit, vitam qui turpiter egit,

Subiacet innumeris ſors maleſida dolis.

Hanc animo, & recto ſtudio propellere cura,

Vtiliſ hæc cura eſt, nec ſine laude iuuat.

Ipſa

Caue à for-
 ribus quæ
 ſunt incer-
 ta oēs.

Quid ſors.
 Micare di-
 gitis eſt
 quoddā lu-
 ſus gen^o.

Improbat
 ſortis iudi-
 cium

Negligē-
 da eſt for-
 tuna &
 ſors.

*Ipsa mali radix, grauibus repleta periclis,
Excitat exitium, magnaq; damna parit.*

*Qui forma valũere magis sunt deniq; pulchri,
Eligit hos Reges Indica turba suos.*

*Negligit hæc sortes, multi periẽre repentẽ,
Sors quibus eripuit parta labore patris.*

*Euentus rerum, dubio motore resultans,
Est fortuna quidem, sed ratione carens.*

*Quæ pater iniunxit, si natus despicit, omne
Primigeni nomen desinit esse suum.*

*Indulgere potest nato quem diligit vnum,
Spernere primigenum, si velit ille potest.*

*Quæ causa possunt natum priuare paternis,
Primigenum faciunt perdere iura sua.*

*Primigenum ingratum poterit depellere iure
Primigeni, infensus cum ratione pater.*

*Sit licet ingratus delphinus, perdere regnum
Non poterit, quoniam galli iura vetant.*

*Si tamen indignus fuerit qui scepra gubernat,
Regna gubernabit filius æde manens.*

*Non poterunt regno leges incommoda ferre,
Si fuit insipiens natus, abire potest.*

Vituperat
fortes sub
eũdas & in
eundas.
Indi pul-
chros eli-
gũt reges.

Quid for-
tuna.

Delphinus.

LIBER

- Solomon Rex.** *Vltimus è natis, Iudææ regna regebat*
Rex Solomon, cuius fama perennis erit.
- Claudus esse potest rex** *Primigenus claudus poterit succedere regno,*
Neptunus claudus regia salsa colit.
- Neptunus** *Sunt plures reges, qui claudi regna tenebant,*
Ingenio quorū res satis aucta fuit.
- Primigenū quanuis, possint priuare parentes*
Ex causa, fratri non licet illud agat.
- Primigeni semper proauorum nomina seruant,*
Nam reliqui fratres hæc aliena putant.
- Si frater maior, maiorum prædia sorbet,*
Illi incumbit onus, crescat honore domus.
- Omnibus in regnis floret respublica diues,*
Exornant vrbes, æra parata domi.
- Puniuntur apud Nabateos, qui bona que sita malè difundāt.** *Qui bona diffundunt multo congesta labore,*
Hos perimunt Reges, qui Nabatæa colunt.
- Qui tamen auxerunt, magno celebratur honore,*
Nec mirum, facili parta labore cadunt.
- Anacleorū ius.** *Qui bona consumpsit, patrio lucrata labore,*
An nè vnquam patrio funere dignus erit?
- Ius Iudeorum.** *Primigeni ius Iudæis res sacra videtur,*
Ille sacerdotis nomen habere potest.

Olim

Olim primigeno permissum vendere iura
 Primigeni, sed nunc omnia iura vetant.

Publica res patitur veniat successio maior
 Primigeno, quoniam publica res agitur.

Multa cadunt inter calicem, supremaq; labra,
 Nunquã venturis est adhibenda fides.

Quauis maioris fuerit successio maior,
 Si fuit insipiens, perdere iura potest.

Coniugis alterius si forsan factus adulter,
 Iudicis arbitrio, iure necatus erit.

Si fuit in bello captus, remanetq; perenni
 Vinculus in exilio, liber & esse nequit:

Si fuit infestus domino, sacramque negando
 Et veram legem, carcere mæstus obit.

Si parat insidias regi, cui ferre venena
 Optat, & exitio tempus habere nequit:

Aequore si vasto perièrunt gaudia mersa
 Primigeni, cuius spes inimica fuit.

Carcere perpetuo damnatus, perdidit omne
 Maioris robur, iuraque cassa manent.

Si fuit infamis, si sacras irruit ædes,
 Si vino immodico se satiare solet.

Primigenus
 olim pote
 rat vedere
 iura primi
 genti.

Causæ quæ
 possunt pri
 uare primi
 genu suo
 iure.

*Si miser abiectus, mendicus postulat ara,
 Non quia deficiunt, ara parata domi,
 Prædia si vendit multo congesta labore,
 Si meretricis adit, nocte dieq; domum:
 Vendidit insanus si forsan iura relicta
 Maiori, gaudens scorta teneri domi.
 Si noctu vigilans, homines inuadit euntes,
 Et vestes humeris eripit ille viâ.
 Si fuerit latro, nebulo, notusq; tabernis,
 Si meretricis opes fraude doloq; rapit.
 Si bellum miles refugit, proditq; tacenda
 Hostibus, & ducibus debita iura negat.
 Regis & auspicijs si forsan missus in arces,
 Proditor has hosti vendere fraude cupit,
 Si forsan regis susurrans auribus, audet
 Fallere credentem carcere digna graui.
 Si cupit ancillas regis corrumpere castas,
 Teetaq; disrumpens turpis adulter abit.
 Si iugulum fratris velut hostis perfidus icit,
 Crudelis frater, viscera digna cruce:
 Si matri insidias tendit, quam perdere ferro
 Cogitat, & ventrem dilaniare pium.*

*Si demens cupiat miseram maculare sororem,
Tradere quam genero, mater honesta cupit.*

*Ciuihus & patriæ si forsân ferre recusat
Auxilium, gaudens hos violenter agi.*

*Federa si rumpens quæ sunt iurata, repenti
Aggreditur tutos, quos licet esse viros.*

*Si viduæ multam, natisq; imponit acerbum
Imperium, miseri si periere fame.*

*Omnia quæ cecini poterunt priuare paternis
Primigenum natum, cui mala uita nocet.*

*Auxilium qui ferre suis, vitamq; tueri
Debet, is insidias in sua damna parat?*

*Is patitur matrem vitam tolerare sinistram,
Is iugulum fratris percutit ense fero.*

*Virginis in lectum cupiet conscendere frater,
Cui commissa soror plena pudore fuit.*

*Qui pacem debet uinclo firmare fideli,
Federa dirumpet, sancta q; iura Dei.*

*Qui bello seruire duci, Regi q; tenetur,
Deseret hic acies, militiamq; suam:*

*Ciuihus & patriæ qui debet plurima, duro
Pectore permittet nûm grauiora pati?*

Officium

Inuehitur
in eû qui
mala tetat,
vel cupit.

Officium præstare suum qui pectore Regi
Sincero debet, fraudibus vsus erit?

Exemplum præstare domi, famulosque docere,
Quem decet, is vigilans insidiator erit?

Iussa sui Regis qui debet promere regi
Externo, ventrem proluet ille mero?

Omnia primigenus perdit, si crimina quædam
Commisit, modulis nunc recitata meis.

Admoni- Tu fuge deferri Regi, caueasque tribunal
no. Iudicis irati, moribus esto pijs:

Effuge tu prudens consortia fræda malorum,
Elige quos mores, vitaque sana probant.

Postquam primigeni causas & iura locutus,
Somnia quæ nuper sunt mihi visa, cano.

Qui fuerat quondam vetulus deductus in aula
Aetheream, nobis talia voce refert.

Arrige sinceras aures, animoque reconde
Omnia quæ refero, tu venerande senex.

Aethere qui regnat, cælum qui condidit altum,
Me dignum fecit sedibus esse suis.

Postquam me totum radianti luce repleui,
Admiror claro lumina fixa polo:

Auer-

Auerto faciem, cupiens lustrare parentes,
 Et genus, in terris quod fuit ante, meum:
 Aspicio claro productos sanguine reges,
 Heroasque graues, Lysiadumque genus.
 Ponitur ante oculos nostrorum gloria Regum
 Incluta, longinquis parta labore locis.
 Apparent rari nati, quos regia felix
 Producet: video semina rara patris,
 Insignes video radianti lumine natas
 Coniugium sacrum, coniugiumque ferax.
 Insignes virtute viros, insignia multa,
 Hostibus euictis, vulnere rapta fero.
 Illustres video ciues, qui Regis honorem
 Seruabunt, validis viribus vsque suis.
 Excipiunt omnes, me leta & fronte serena,
 Latitiae causam (meque rogante) ferunt.
 Finibus in vestris regnabit, protinus vnus,
 Quem velut inuictum regna remota tremet.
 Hostibus euictis Mauris, vi regna subacta
 Adiciet regnis, qua coluere patres.
 Robore vastabit multo, Gangetica regna,
 Vnde suis populis res erit aucta nimis.

Huic dedit omnipotens, summi moderator Olympi,
 Degere longaeus, non sine laude, dies.

Coniuge regali, faciet connubia lata,
 Nascetur proles digna parente suo.

Huic Solymæ regnum dabitur, regnumq; remoti
 Munera donabit, dummodo pace fruatur.

Hunc citò permittent superi regnare potenter,
 Rex erit iste pius, dignus honore patris.

Summa fides Regi, parilis constantia, charo,
 Consilium, regni sedula cura sui.

Ille gubernabit populos ratione fideli,
 Pace pia potius, quam gravitate reget.

Plurima sacratis donabit munera templis,
 Atque suo sacros construere focos.

Aegra fames populos, si forsitan torqueat ingens,
 Curabit regno, ferri alimenta suo.

Illustres animæ, Regisq; in nomen ituræ,
 Sunt hæc, quas oculis cernis abesse procul.

Ille (vides) pura iuuenis qui nititur hasta,
 Proximus intendit, lucis adire loca.

Nomen aui referet (qui cernitur esse propinquus)
 Emanuelis, erunt lumina clara Soli.

Filius Re-
 gis primus.

Filius regis
 secundus.

Emanuel
 appellatus

Tertius est natus, quem cernis, conspice vires, Tertius fi-
lius regis.

Quas pugil ostentat, praelia quanta geret.

Maurorū portas summo cum robore franget,

Irruet armatus, mœnia clausa ruet.

Impia progenies spoliabitur vltima regno, Quartus fi-
lius Regis.

Quod capiet natus, qui ordine quartus erit.

Huc geminas nunc flecte acies, has aspice gēmas, Filix regis

In terris natas, qua grauitate vigent.

Quā pulchra est facies, qui crines, quæq; rubedo,
quodque supercilium, qualis in ore decor.

Omni bus imperiū permissum, numine diuisum:

Inclytus ex his rex, nomen habebit aui.

Inclyta progenies regalis, viuuda virtus,

Fœlix ante oculos virque animo se virum.

Cerno equidem quantos duces ex hoste triūphos,

Quot tibi parebunt, praelia quotq; geres.

Munera donabunt Mauri, mittentque Sabæi,

Omni bus his leges, iuraque sancta dabis.

Gaudebunt omnes, iuueni parere potenti,

Cui grauis aspectus, regeque dignus honor. Fili⁹ regis

Fœmina regalis, iuuenis connubia poscet, vxorē du-
cet regalē.

Munere dotali consociata suo.

Hunc

Hunc socr imperio dignum cum credat, eidens
 Tradet opes multas, militiamque suam:
 Agmine cum valido præcinctū, mittet in vrbes
 Externæ gentis, regnaque fida parum:
 Opprimet externos populos, & bella parabit,
 Coget & hoc regnum, qua prius esse fide.
 Cum viderit iuuenem, bellum fecisse libenter,
 Conferet huic genero sceptrâ parata socr.
 Ille gubernabit populos cum pace profunda,
 Hic dilectus erit, diliget ille suos.
 Terror erit regnis, quæ sunt vicina, domabit
 Extera regna suis inuidiosa bonis.
 Filia nupta viro, quem Regem diximus esse,
 Producet natos, lumina clara patris.
 Vnus purpureo, sacroque indutus amictu,
 Imponet capiti stygmata sacra suo.
 Alter in athereas cupiens conscendere sedes,
 Clausa colet summo templa dicata Deo.
 Tertius in Solymæ properans penetrare ruinas,
 Ad domini tumulum, viuere constituet.
 Quartus in Italiam valido cum robore missus,
 Sceptrâ gubernabit, robore parta suo.

Ante alios sc̄elix Rex inclyte, clara videbis

Germina, quæ nati progenuere tui.

Eia age tu gaude, letas agitato choreas

Lysiadum populi, gens animosa pia.

Hæc postquam effatus, tennes vanescit in auras,

Et me suspensum deserit ille senem.

Gratulor huic regi promisso munere diuini

Qui referet patrem plenus honore suum.

Regna gubernabit, non tãquam summa potestas,

Sed velut æqualis, sed velut ipse parens.

Viscere nos condet, verbis solabitur omnes,

Si fuit atra dies, si fuit ægra fames.

Si tamen alba dies luceſcat, gaudia pandet,

Nos veluti fratres semper amore colet.

Gratia danda Deo, qui nobis conferet vnum,

Inuictum regem, qui pietate reget.

Postquam se vetulus sedes deduxit in altis,

In terras rediens, talia dicta dedit.

Sum superis inuisus ego, quia pauca Ioannis

Debueram Regis, promere verba tibi.

Nunc redeo, mandata Dei deferre potentis,

Regina propera, cuncta referre tuæ.

Rex

Laus regis
promissi.

Vetulus ex
cælo reuer
titur in ter
ras.
Ioãnes
Rex tertius
& eius lau
des.

Rex pius & sanctus, cæli solamina celsi
Possidet, & domino carmina sacra canit.

Nunc sibi solvuntur mercedes, præmia dantur,
Quæ sibi debentur pro pietate sua.

Omnia quæ fecit diuino impulsus amore,
(Dum vixit) tandem præmia certa tenet.

Par superis gaudet, par coram numen adorat,
Par rogat, vt dominus parcere sponte velit.

Virgnis est famulus, precibus quæ sæpe fatigat,
Diluat vt dominus crimina cuncta reis.

Vbera protendat nato, quæ suxerit olim,
Omnia peccantis crimina tecta velit.

Postquæ dicta dedit, superas ingressus in arces,
Rupit verba senis, plura volentis agi.

Similitu. Hic remanet stupidus, tanquæ si fulmen ab oris
Decidat æthereis, & ruat ante pedes.

Si velut insano turbetur flamine pontus,
Nauius & vellos obruat vnda maris.

Carcere deuincto subita si voce sacerdos,
Carceris ante fores, nuntiet esse crucem.

For sitan vxori, quæ sperat nuncia chari
Coniugis, obtrudant fata dolenda diu.

Est

Est velut ardenti, quæ cum flagrasset amore
 Fæmina, confestim dicitur orba viro.
 Non tamen admiror, Regi tot festa Ioanni
 Esse parata polo, nam fuit illæ pius.
 Mirifico sumptu, construxit plurima templa,
 In quibus est cultus Christus, & alma parës.
 Finibus externis conuicta est copia multa
 Et Bacchi & Cereris, Rege iubente pio:
 Eregue regali saturantur regna, si egestas
 Vrget, & in populos, sæuit iniqua fames.
 Pace regit lata populos, virgaque gubernat
 Leniter, & clemens dissimulare solet.
 Fratribus, in cunctis potuit præstare, fauorem
 Præstitit, & Regi nupsit amata soror.
 Induperatori nupsit formosa Isabella,
 Munere regali: nobile Regis opus.
 Misit & ad Gangem, patres virtute probatos,
 Qui doceant omnes, sacra colenda Dei.
 Erogat bis sumptus, commendans omnia recto
 Iudicio fieri, & relligione pia.
 Arma parat ducibus, Gangetica regna suadet,
 Præmia promittit, dignaque honore suo.

Iterū pro-
 sequitur
 laudes re-
 gis Ioānis
 tertij.

Impera-
 trix Isabe-
 la, soror re-
 gis Ioānis
 tertij.
 Misit rex
 Ioānes 3
 ad Gangē
 patres,
 quos apo-
 stolos vul-
 go voca-
 mus.

*Aduersus Mauros, multo discrimine bella
 Confert, & victor grata trophæa refert:
 Pugnantes reficit regali munere semper,
 Et fouet vxores, progeniemq; suam.
 Adiuuat orbatos, viduasq; amplectitur vltro,
 Has fouet, his confert munera sæpe sua.
 Carcere deuinctos (quãquam sint crimine victi)
 Adiuuat, & cunctis ferri alimenta iubet.
 Debita persoluit, quæ debent vrbe clientes,
 Non sinit, hos miseros debita facta premant.
 Si forsitan nouit quosdã, quos turpis egestas
 Corripit, & miseros detinet ægra fames:
 A Ere suo reficit, saturos dimittit in ædes,
 Munera promittit, tempore stata suo.
 Discordes animos dulci sermone reppendit,
 Et iubet his, animos conciliare suos:
 Famina si doleat, miseræ quod saua maritus
 Crimina consingat, mitigat omne scelus.
 Nobilium census, si forsitan repperit esse,
 Qui non sufficiant, munere supplet eos:
 Virginis orbatæ semper connubia tractat,
 A Edibus his confert dona parata suis.
 Suscipit*

Suscipit in domibus, famulorum pignora lato
 Pectore, quos recreat, quos iuuat ære suo:
 Urbibus instituit mulierum plurima claustra,
 In quibus inclusum est hoc muliebre genus:
 Ne misera patrio deserta flamine charo,
 Prostituant vulgo, turpiter æra parent.
 Tempa duo, Regis iussu constructa Ioannis,
 Orbata capiunt, templa peracta prius.
 Est aliud templum constructum nomine Regis,
 His quibus inuisum est degere more fera:
 His alimenta, sua donat bonitate Ioannes,
 Et tegumenta simul, quæ satis esse queant.
 Instituit sanctam rationem, inquirere vitam
 Cunctorum, vt sancta viuere lege velint.
 Elegit patres summa pietate probatos,
 Iudicium rectum, qui benè ferre queant:
 Res omnes, quas iura volunt deferre Ioanni,
 Crimine si turpi vita notata fuit:
 Omnia permittit Rex sanctus cedere gnatis,
 Non bona, sed mentes optat habere bonas:
 Construxit templum præcinctû turribus altis,
 Gratia nomen habet, virginis aula sacra:

Inquisitione
 fidei insti-
 tuta à rege
 Ioãne.

Rex Ioã.
 remisit ius
 fisci ad tē-
 pus.

*Templaque perfecit, multo perfecta labore,
Bethlen nomen habet, nobile Regis opus.*

Filia regis
Ioānis ter
tii, nupfit
Philippo
regi Castell
læ.

Filia præstanti forma dotata, Philippo

Nupta fuit Regi, religionè pio.

Filius & princeps, patris virtutibus vnus,

Coniugium celebrat, sancta Ioanna tuum.

Fili^o regis
Ioānis 3.
duxit vxor
re Ioannā
filia impe
ratoris Ca
roli V.
Vir & vxor
ābo periē
rūt immatu
ra morte.

Induperatoris quinti fuit illa Carollī

Filia, quæ tali digna parente fuit.

Sebbasti Regis mater castissima, prudens,

Moribus insignis, dexteritate valens.

Sunt tamen erepti, fatis grauioribus ambo,

Nondum maturos præcipitante nece:

Ostendunt terris hos tantum fata, nec ultra

Esse sinunt: superos dignus vterq; subit.

Quantus vbique dolor, gemitus quantiq; fuere,

Principis quando diem, quādo Ioanna subit.

Aspersus lachrymis populus, cōspersaq; princeps,

(Heu) querulo mæstos adidit ore sonos.

Quis magis interris? se tollere posset in armis?

Quam se se princeps, quis magè tollet auos.

Quæ nè se tanta tellus iactabit alumno?

Lysia quam tellus, principe læta suo.

Ni mors, Lysiadum populis irata, tulisset
 Hunc iuuenē è terris, quē sua regna gemūt.
 Heu pietas, heu prisca fides, inuicta q̄; terris
 Fama salutaris, gloria magna tuis.
 Funera, cum tumulum præterlabere viator,
 Ingeme, si pietas pectore nata tuo est.
 Nobilis astantabat vir coram rege Ioanne,
 Sunt quibus induitur, candidiora nive.
 Fulgebat totus, summa grauitate verendus,
 Imperio dignus, quem sua barba tegit.
 Est grauis aspectus, mens cōstans, pectore firma,
 Hærebat Regi, charus & vnus ei.
 Inquirat vetulus socium, quis dicitur iste,
 Qui proprior regi considet, ille refert:
 AEbora progeniuit dominum virtutibus altum,
 Nomine Iacobum, qui fuit vrbis honos:
 Hæc quondam à Castris cognomen nobile traxit,
 Progenies, titulis imperiosa suis:
 Nobilis hic æuo, regi charissimus olim,
 Post obitum regis, gaudia nulla petit.
 Quem viuus coluit, defunctum deflet amare,
 Hæc vera est pietas, hic socialis amor.

Laus dñi
 Iacobi à
 Castris du
 cis Eborē-
 sis, viri il-
 lustrissimi

LIBER

Hic fuit in Regno notissimus, hic fuit aula
 Grande decus, Regis prae fuit ille bonis.
 Virginis hic ades summa pietate colebat,
 Dum vixit, donis virgo refecta suis.
 Templâ sacerdotum magnū sensere iuuamen,
 Pane, mero, nummis, quos pater ille dabat.
 Diuitijsque suis captiuos saepe redemit,
 Carcere deuinctos liberat aere suo.
 Patribus orbatas, animo tractabat amico,
 Hasq; dabat nuptum, sumptibus ille suis.
 Imperio regis Maurorum praelia gessit,
 Quos tamen ut vicit, parta trophæa tulit.
 Saepè suis opibus populum satiauit egentem,
 Aëbora si quando non alimenta dabat.
 Regia progenies summo dilexit amore,
 Hunc dominū, cuius dextra iuuabat eam.
 Non ideò mirum, lateri si regis adhaeret,
 Nec mirum, regi si fuit ille comes.
 Post mortem regis, maestus latitabat in ade,
 Cuius amore cupit, protinus esse polo:
 Semper ut aspectu regis potiatur amici,
 Cernat & aethereas lumine plenus opes.

*Immortalis erit virtute insignis, & armis,
Nam liber iste meus sacula multa teret.*

*Proximus adstabat Regi, charissimus ipsi,
Alphonfus Paulus, regia iussa sequens:*

Paulus Al-
phosus.

*Ornamentum ingens patriæ, cui pondera regni
Commendata, humeris incubuere suis:*

*Præsidium populi, verax, sanctusq; senator,
Qui patriæ præfert publica iura sibi.*

*Pauperiem inuit, miseris solamina præstans,
Charus erat cunctis ciuibus ille suis.*

*Præfulis interea visa est præstantis imago,
Aurea vestis erat, barbaque longa seni.*

*Adstabat Regi, magno diademate tectus,
In vultu grauitas, gratia magna patri.*

Dñs Ema-
nuel Dal-
mada præ-
sul olim
Angrensis.

*Quisnam sit vetulus fulgenti tectus amictu,
Quæsiuit senium, quod mihi cuncta refert.*

*Luclyta maiestas, respondet, nomine dignus,
Angrensis præsul, regis amicus adest.*

*Hic est Emanuel Dalmada & Episcopus olim
Angrensis, clarus, relligione pius.*

*Vir bonus & sapiens, syncerus, lenis, apertus,
Fuci fraude carens, candidiorque niue.*

LIBER

Mens imbuta Deo, capitis reuerentia cani,
Præbebant Regi gaudia magna suo.

Cerne precor, præsul quanta grauitate refulget,
Qualis in aspectu, qualeq; in ore decus.

Regali iussu confecit munia regni,
Nomine Pontificis, sustinuitq; fidem.

Deplora-
tio condi-
tionis hu-
manæ.

O miseros homines populos qui subdere multos,

Quiq; suis opibus subdere regna volunt:
Mœnia qui condunt, cupiunt qui viuere fastu,
Et domus auratâ sit fabrefacta manu:

Qui rabie ducti, nunquam satiantur honore,
Qui captant plausus, quos rapit aura leuis.

Qui superare suo contendunt nomine ciues,
Qui sitiunt nomen perpetuare suum:

Paupertas securâ viris cur displacet? illa
Debuit optari, cum lachrymisque peti:
Ut fugiant strepitus quos adfert vita superba,
Nec properent vitam præcipitare suam.

Qui vocẽ
tur felices,

Felices vocito, satiat quos vita quieta,
Et quos parua domus, ambitione carens,

Qui sudore suo quærunt alimenta, nec vltra
Ambitio pungit, nec caro dira nocet.

Quan-

Quando vita perit, quādo iam fata propinquāt,
 Quando dies mortis, iam properāter adest.

Nuntia suscipiant firmo cum pectore semper,
 Conscia sit recti, mens sua plena Deo.

Quid prodest populos, quid prodest regna beata
 Si teneas, regis si modo nomen babes:

Diuite si regno, si re potiariis opima,
 Copia nobilium si tua tecta colat.

Si tua mensa fuit dapibus saciata petitis:
 Si tibi sint equites, si numerosa phalanx.

Nulla quidem possunt vitam producere longam,
 Nec reserare poli limina clausa tibi.

Nec differre necem, nec Ditis claudere portas,
 Nec probibere Deam, fila secare tua.

Nec tibi iucū dum poterunt promittere tempus,
 Ne vē animo mæsto, gaudia ferre tuo:

Nec lenire grauem, quæ te premit impia tuissim,
 Nec sedare tuum, si premit ossa dolor.

Nonnè esset melius, si terram sulcet aratrum,
 Quam si tot populos sub ditione premas.

Legibus innumeris homines parere tenentur,
 Quas si non seruent, ianua nigra patet.

Sub-

LIBER

Subditur ipsa caro multis miseranda periculis,

Quæ nobis semper bella mouere solēt.

Exclama-
tio. *O curas hominū, quantum est in rebus inane,*

O vani sensus, vitæque plena malis:

Conditio rerum infælix, quæ subditur omni

Fortunæ imperio, continuoque labat.

Cæca hominum mentes, dominandi cæca libido,

Quid iuuat ad motos regibus esse viros.

Si foret æternum quod nos conquirimus omnes,

Nil mirum, si homines expetere ista velint.

Sed cum perpetuò nobis mors dira minetur,

Quid iuuat hæc queri, quæ peritura vides.

Infælix ætas, regnandi dira cupido,

Viuere cur gaudes, cur tibi regna placent.

Vita nra
est labor
cæcus: rex
est defess⁹
arator. *Vita labor cæcus, Rex est defessus arator,*

Anxia cura premit, nascitur inde dolor.

Omnia si reges, homines & mente tenerent,

Non vitam cuperet, regna nec vllus homo.

Similitu. *Est veluti rapidis qui viuit,mersus in vndis,*

Brachia dilacerans, nè premat vnda maris.

Regia maiestas alterna febre laborat,

Si modo latatur, luso sequente gemit.

Irri-

Irridet miseros, regnum, quo fellea dulci
 Pocula miscentur, cōtinuoq; grauāt. (ris,
 Quæq; dies rapidis (si qua est) bona præterit ho-
 Si qua placent, abeunt, ast inimica manent.
 Non nè vides cursu properet quàm vita citato,
 Quàm citò pulchra dies vertitur in tenebras.
 Non vitæ tempus poterunt differre potentes,
 Non humiles, certa est omnibus hora necis.
 Viue precor, gaude, dulces agitato choreas,
 In medio, multos mors inimica rapit.
 Vnica spes miseri, fallax fortuna, quid ultra
 Decipis humanos, desine verba dare.
 Quicquid promittis, non est durabile, nunquam
 Firma manes, solita es cedere falsa loco.
 Deicis hos omnes, quos summo cernis honore
 Elatos, lacrymas fundere cogis eos.
 Qua fuerāt nuper, miscētur gaudia maestis,
 Hac fortuna tibi gaudia sæpe placēt.
 Hoc miseri solamē erit, quod ferre triūphū,
 De te sola potest mors ineunda cito.
 Spernere fortunam debet quicumque senescit,
 Figere & in cœlis, lumina spemq; suam.

Ironice.

 Fortuna
 vnica spes
 miseris.

Flu-

Similitu. *Flumina velocem cursum, discrimina vitæ
 Velox tēpus habent, sis memor ergo necis.
 Præteritæ vitæ nomen, famamque & honores,
 Pectore pelle tuo, tu venerande senex.
 Solū mente tene Christum, sanctāq; parentē,
 Omnia quæ fuerint, utpote vana fuge.*
 Apostro- *Imbibe tu iuuenis, mores quos semper honesta
 phe. Vita probet, risus exue (quæso) tuos.*
 Admonet *Dulcis & alta quies premeret cū nocte iacentē
 femina in somnis au-
 thorem. Me vacuum curis, noxq; serena foret:
 Fœmina voce graui me terruit, ista loquendo:
 Fœmina quid meruit, cur sua iura siles:
 Surge, refer modulis quæ sint priuilegia, quotq;
 Hi sexus habeāt, quem leuis aura regit.
 Hoc debes vetulo, cuius connubia coniux
 Seruauit, cuius mors mihi pœna fuit.
 Tunc ego surrexi, cupiens solarier illam,
 Quæ me commonuit, quæque rogauit opē.*

(.?.)

♀ Finis lib. Duodecimi. ♂

(:.?:.)



*F*œmina si referat, quæ sunt indigna
referri,

Priuilegia
fœminam.

*Arguitur nunquam criminis illa
sui.*

*Regibus & coram poterit proferre silenda,
Nulla fides verbis, nullaq; pondus habent.*

*Si tamen in quosdam iecit conuitia, nunquam
Plectitur ex verbis, quæ furibunda iacit.*

*Crimina si forsan commisit verberare digna,
Parcius his agitur, quàm pia iura volunt.*

*Fœmina si prægnans fuerit, non plectitur vnquã,
Eiecto tandem pignore, pœna datur.*

*Si iudex sapiens fuerit, prudentius arctet
Hoc muliebre genus, quod videt esse reum.*

*Disimulat lachrymis, quæ sũt in pectore mersa,
Et quæcunque cupit, fingere sæpe solet.*

*Si graue commisit crimen, non scinditur vnquã
In partes mulier, nam pudibunda vetant.*

Non scin-
ditur mu-
lier in par-
tes, ppter
honestatẽ.

*Lysiadum Regina graui dotata pudore,
Noluit hæc cerni viscera digna regi.*

*Hæc Catherina fuit, sancto coniuncta marito,
Digna quidem cælo, dignaq; rege pio.*

Regina
Catherina
Portuga-
lie.

Fœ-

- Fœmineus sexus multos deposcit honores,
 Omnibus ille modis, iure fouendus erit.*
- Excipiunt reges matronas vertice aperto,
 Is debetur honos, his quibus ora pudent.*
- Si venit in templum mulier, conceditur illi
 Sessio, si semper vita pudica fuit.*
- Si prœgnans fuerit, nunquam iurare tenetur,
 Nè pereat fœtus, vel malè sanus agat.*
- Omnibus in terris mulier præfertur honesta,
 Huic etiam dabitur, dextera ubiq; manus.*
- Lysiadum populis mos est concedere dextram
 His quibus in regno, nobilis auctus honos.*
- Hoc Solomon fecit, nam matri dextera semper
 Tradita vel templo, vel fuit illa domi.*
- Hæc bona quæ mulier tenuit sub nomine dotis,
 Non vendi possunt, lege vel illa capi.*
- In ius deduci mulier non cogitur vnquam,
 Si fuit ingenuo fœmina nupta viro.*
- Fœmineum in sexum nūquam dstringitur ensis,
 In genus inualidum, quis paret arma ferus?*
- Fœmina regales lachrymis sic commouet aures,
 Vt facili veniam possit habere rea.*

Paupertate grauis mulier si vixerit, omne
Inuenit auxiliū, pauperiemq; leuat.

Si pueros habeat, qui sunt ætate minores,
His alimenta dabit, quæ petit illa gemens.

Fœmina quæ seruat lectum, vitamq; pudicam,
Non erit, ex causa carcere vincula leui.

Actio civilis quanuis distorserit illam,
Carceris horrendi non timet ipsa minas.

Si fuerit tutrix, censumque profuderit omnē,
Sentiet hæc damnum, carceris ima petens.

Exul in aduersas fuerit si vectus in oras
Vir, nunquam sequitur fœmina iure virum.

Percutiens clerum, Romam petet, excipiuntur
Et puer, & vetulus, fœmina, seruus, inops.

Si dotis causa fuerit donatio facta,
Hæc valet, hanc firmã, fœmina iure tenet.

Non communis erit, nec cuiquam iure ligata
Dos data, quæ nuptæ libera semper erit.

Si pater est diues, natam dotare tenetur,
Quæ tradenda viro (patre volente) suo est.

Si pater est pauper, mater dotare iubetur,
Vel frater, quando pauper vterq; parens.

LIBER

Id tamen observa, quando consensit vterque
 Er pater & mater, coniugiumq; probant.

Nam si coniugiū celebret, nolentibus illis,
 Præbeat vt dotem, nemo coactus erit.

Iam matura viro, connubat fœmina tandem,
 Consensum patris debet habere prius.

Filia si fuerit virgo tricesima, nuptum
 Tradere se poterit, patre vetante suo.

Fœmina quando velit, facili ratione, petendo,
 Aetatis veniam debet habere suæ.

Libertate frui poterit, si quando videre
 Vicinas cupiat, templaq; sacra Dei.

Subueniunt leges, si fœmina fallitur, illa
 Quæ sunt facta dolo, scindere iura volunt.

Illa minus peccat, quàm vir, non durius vnquã
 Plectitur, & crimen mitius illa luit.

Hactenus hic cecini, quæ commoda fœmina iure
 Obtinet, & quali possit honore frui.

Nunc referam mores, quos vxor debet habere,
 Vt benè coniugium feruet vterque suum.

De fœmi-
 na pudica. Ingenuos mores mulier cui vita pudicã est,
 Debet habere, domi clausaq; semper erit.

Cer-

Cernere non cupiet ludos, spectacula vulgi,
 Non bene conspicitur fœmina casta foro.
 Fœmina sana suo debet seruire marito,
 Ni velit infauustum reddere stulta thorum.
 Hæc etiam debet charo parere marito,
 Et condire cibos, atque lauare pedes.
 Expurgare viri vestes, & sternere lectum,
 Denique perficiet, quæ faciendâ domi.
 Ex in tarquinium bona fœmina lauit & vnxit,
 Inquit, & id laudans Ennius arte carens.
 Si placeat coniux, & sit bene grata marito,
 Aedibus & natos nutriat illa viri:
 Sit fœcunda satis, sectetur templa deorum,
 Si non indocta est, sitq; pudica, grauis:
 Sit media forma, nolit formosa videri,
 Magna quidem Christo gratia dando pio.
 Intret nulla domum coniux, sed si tamen intret,
 Nec sit pulchra nimis, docta nec illa nimis:
 Non bene seruantur, vix possunt talia iungi,
 Forma pudica nimis, gratia pulchra nimis.
 Fœmina iuncta tibi fuerit si docta, superbit:
 Si species pulchra est, non tolerabis eam.

Fœmina
 quæ forū
 frequentat
 non bene
 audit.

Ennius ar-
 te carens.

Conditio
 & mos fœ-
 minę pud-
 icæ.

Cum media semper gaudebis vivere forma,
 Maior enim medijs gratia rebus inest.
 Vxori coniux poterit sermone modesto,
 Talia dilecta dicere verba sua:
 Obsecro viuamus concordēs, pectore lato,
 Transeat hęc nobis & sine labe dies:
 Deprecor vt iuuenis videar tibi semper, amice,
 Pulchra quidem facie sisq; puella mihi:
 Sit tibi cura domus, famulos tractabis honestos,
 Atq; senescenti grata alimenta para.
 Quę peragenda foris, mulier tu chara relinque,
 Et cape tu calathos, arma paranda mihi.
 Stamina cum lanis pulchro tu pollice torque,
 Tendendi lucro retia, cura mihi est.
 Quauis sim vetulus, non tu contemne maritum,
 Quem te plus animã credis amare sua.
 Quando regnat amor, viridis tunc visa senectus,
 Cernuntur cani floribus esse pares.
 Nemo lippus erit, non tunc cariosa senectas,
 Omnia vincit amor, quod placet illud amat.
 Quando amor est purus, quando cõubia sancta,
 Nullus erit vetulus, nulla senectas grauis.
 Tunc

Vbi est a-
 mor ibi fa-
 cilia oſa
 sunt.

Tunc agitur solum, natos progignere sanctos,
 Qui domino placeant, qui sua iussa colant,
 Longius hinc properat discedere turpis crymnis,
 Exulat hinc longè dissidiosa Venus.

Tunc dominus, cordis penetralia tota gubernat,
 Insidit hinc etiam, sancta q; verba docet.

Tunc thalamo, noctu cantantur sacra sionis
 Carmina, tunc Christus solus in ore sonat.

Famina si inuitum lectum conscenderit, hostis
 Peruenit in thalamū, non tamen vxor erit.

Si vetulus ducit tenerum, iuuenemq; puellam,
 Is feretrum ducit, quo tumulandus erit.

Mestus est glacies, quod pigra nupta senectæ,
 Nupta virum poscit, tempora verna ceres.

Est indigna Venus turpis, sed fæda senectæ,
 Insicit hæc animos, corporibusq; nocet:

Quando ulepta sedet thalamo, si confidet illic
 Canicies, risus, ludus & illud erit.

Vxorem noli tu ducere nomine dotis,
 Dos absumpta quidem iurgia multa parit.

Famina si fuerit pauper, quam ducis in aedes,
 Indiga paupertas est tibi certa comes.

Noliver-
 tere ocu-
 los ad do-
 tē, sed ad
 sponsam.

*Si tamen est diues, lites patieris acerbas,
Si fueris pauper, vel fuit ima domus.*

Virginitas
est secūda
dos.

*Virginitas semper dos est censenda secunda,
Præcipuè quando vita pudica fuit.*

Honestus
amor non
respicit lu-
crum.

*Omnis honestus amor lucrum nõ respicit vnquã,
Si venit ex animo, dissimulare nequit.*

*Quando tamen poterunt iuuenũ connubia iungi
Disce precor, paucis adere pauca volo.*

Quando
connubia
fieri debet

*Ætatis teneræ mulier, iuuenisquæ decoræ
Et non defectæ, nubere vterque potest.*

Quatuor-
decim años
nati semẽ
habet pro-
lificum.

*Annorum numerus non certus traditur, annos
Bis septem nati, nubere iure queunt.*

Puer decẽ
annos na-
tus genuit

*Ferre potest semen pubes hoc tempore natus,
Bis sex nata virũ femina ferre potest.*

*Fama refert pueros, quõdam hac ætate minores
Progenuisse: fidem pignora nata dabunt:*

*De puero nutrix, quem olim lactauerat, ipsa
Concipit, hæc non sit fabula vana tibi.*

*Is puer ætatis denos compleuerat annos,
Fœmina triginta nata recepit onus.*

Roboan.

*Fecerat id Roboan qui olim Solomoniũ hæres,
Imperat, & iuuenis regna gubernat aui.*

Ezechias.

Alter Ezechias, qui quõdam patrius hæres,

Hunc genuit denus (Rex fuit) ille puer.

Novimus ante annos denos peperisse puellam,

Mas quoq; progignet, sit licet ille minor.

Omnia permittet cælorum summa potestas,

Cui nihil occultum, quem nihil orbe latet.

Omnia qui fecit, poterit disrumpere cuncta,

Ima leuat sursum, deiicit alta loco.

Coniugium dispar, nunquam durare videtur,

Si tamen id duret, rixa perennis erit.

Famina si fuerit diues, connubia temnet,

Si fuerit pauper, displicet illa viro.

Pauperibus domibus nūquam concordia regnat,

Quando carent nūmis, regnat iniqua fames.

Nupsit anus iuueni, vetulo est coniuncta puella,

Discordes animi iurgia semper habent.

Non dulces natos connubia talia cernent,

Deprecor hos babeat gens inimica thoros.

Non anus emittet natos, non ægra senectus,

Gignet, erunt lacrymæ, dissidiumq; domi.

Indiga paupertas, facies formosa, iuuentus,

Hæc tria sunt luxus fomes & ansa mali.

Pauperies inimica bonis est moribus, omne

LIBER

Labitur in vitium, cogitat omne scelus.

*Impiger est pauper, quærens alimenta, periculis
Obiicitur, vitæ non sibi cura suæ.*

*Ille animum spernit, perquirens vndiq; victum,
Ut satiet ventrem, nulla pericla timet.*

*Fœmina si careat victu, contemnit honorem,
Non pudor in facie est, cuncta licere putat.*

*Obturbant iuuenum splendentia lumina mentem,
Quæ possunt atris lumina ferre locis.*

*Vincula coniiciunt flauii, longiq; capilli,
Pectora quæ apparent candidiora niue.*

*Et pudor in facie, maxillis nata rubedo,
Et grauis aspectus, dulcis in ore sonus.*

*Verbaque syncero & cordato pectore missa,
Hæc capiunt iuuenes, ut capit esca feras.*

*Hæc facilem quamuis possint captare iuuentam,
Indiga paupertas ignibus addit opem.*

*Tu quoque formosa, & speciosa fronte puella
Curris in optatos, ære rogata, sinus:*

*Ut tibi suppeditet victum canosa libido,
Vestibus auratis fulgeat aula tua.*

*Quando fames cruciat, desuntq; monilia collo,
Queritur vnde fames cesset, & vnde petas.*

Tunc vetuli facies nimium formosa videtur,
 Auratam faciem diues habet senium.
 Nomine honorato moriatur fœmina, coniux
 Quæ fuerat vetuli, quæ mea scripta canût:
 Eius corpus erit fatens sub tegmine terræ,
 Immortalis erit mens subitura polum.
 Immortalis erit, quoniam mea carmina mortens
 Contemnunt, veluti non peritura solo.
 Viuit Meonides, Teuedos dum stabit & ide,
 Viuet & Ascræus dum tumet vna recens.
 Dum fuerit senium, dum viuet fœmina pulchra,
 Dum colet intactum fœmina casta thorum:
 Hoc opus æternum multos durabit in annos,
 Euertet nunquam hæc carmina longa dies.
 Nam docet ætatum mores, blandeque suadet,
 Viuendi qualis debeat esse modus.
 Fœmina nupta viro, quos mores debet habere,
 Edocet: & senibus qualis habendus honor.
 Vtile cum doceat, non fiet vermibus esca,
 Nec timet in tenebris fortè latere diu.
 Filia fac nubat, noli differre maritum,
 Næ teneræ & pulchræ, nõ derit vllus amans.

Auratâ fa-
 ciẽ senex
 d. ues hæc

Hoc opus
 erit æter-
 num.

Filia cito
 nubat.

*Ex leges (doleo) sunt vxor & ipse maritus,
Nec bene coniugij seruat vterque faces.*

Huic morbo querenda salus, querenda medella,

Mulier &
vir raro
seruant vi
tā pudicā.

Quæ reuocare queat debita iura thori.

Fadati lecti labem, violataque iura,

Sola Dei pietas in meliora dabit.

Cōsiliū est
ocul^o lōgē
respiciēs
ex Arist.

Rarus erit terris, quem non infamia torsit,

Qui quoque non læsit debita iura thori,

Vtile consiliū quæ nā tibi fœmina præstet?

Consilium inualidum fœmina quæq; dabit.

Cōsiliū
mulieris
inualidū,
infirmū,
fragile.

Quauis consitiij validi sit fœmina pauper,

Ad mala fit sapiens, consilioq; grauis.

Fœmina
ad malū fit
sapiens.

Consilio prauo præcellit vota virorum,

Fœmineæ ætati non adbibenda fides.

Cōsilio
prauo præ
cessit fœmi
na viros.

Hoc nihil est mirum, cerebrū nā deficit illi,

Deficit & sensus, consiliumque bonum.

Cōsilio fœ
minarū
nō fidēdū.

Quisquis es (expertus moneo) tentare recusā,

Dum licet, & cerebro fidere parce leui.

Fœmineus sexus versutus, friuolus, anceps,

Quæ bona sunt cernit, deteriora facit.

Ingeniosa malis mulier, deprensa periclis,

Crimina comminuit, quæ meruece necem.

Sunt nimis audaces rebus quas turpiter audent,

Irascuntur atque animos turpia facta ferunt.

Legibus est cautum, ne quidquam femina vendat,

Nec bona distribuatur, parta labore viri.

Tutori mulier fuit olim subdita iure,

Disponit tutor singula, lege datus.

Sunt varia, decies una mutantur in hora,

Qui fuerit tutor, nescit habere modum.

Est levis ingenij mulier, fragilisque cerebri,

Fortius ingenium suspicor esse viri.

Sunt nimium faciles, aurem præbere iuuentæ,

Ex facili iuuenum, credere verba solent.

Scilicet hos mores seruat natura virorum,

Fallere femineum (mollia corda) genus.

Vt corpus tenerum, sic mens infirma puellis,

Quoque magis vetula est, tunc sapit illa minus.

Quid leuius pluma, pulvis: quid puluere, vetus:

Quid vento mulier: quid muliere nihil.

Nubere cognatis nolunt ratione puellæ,

Insensæ poterunt forsitan esse viri:

Auxiliū confert cognatus, sæpe iuuentæ,

Quæ timet offensi iurgia sæpe viri.

Fœmina
nil potest
videre.

Oli daba-
tur tutor
fœminis.

Sunt credu-
le fœmi-
næ.

Nolunt fœ-
minæ nube-
re cogna-
tis, & qua-
re.

Rustica progenies mulier, quam fallere turpe est:

Hunc qui decepit gloria nulla manet.

Rustica gens nulla genus arte domabile, semper

Irrequietum animal, prae parat arte dolos.

Decipitur fictis, & amans & saemina verbis,

Ex facili credit verba reperta foro.

Gaudia quae capiet? quae nã vel gloria parta est?

Quidue vir elusa virgine laudis habet?

Quã laudẽ poterit, vel quae spolia ampla refert?

Virginis amplexus, qui petit arte, rudis.

Incauta est mulier, facilis prorumpit in iram,

flectitur ad pacem, sed modò bile fremit.

Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,

In quo nupta iacet, nec datur vlla quies.

Illa dies totos, totasq; ex ordine noctes,

Litibus oppugnat, quos videt esse domi.

Ansonius. Iamque repugnanti dedunt se, vt denique victos,

lurget ob hoc solum, iurgia quod fugiant.

Femina iners animal, consumit lucra mariti,

Prodigit in fucum, parta labore viri.

Prodiga non deslet percunt es femina nummos,

Quos videt expositos, lusibus & Venere.

Femineū sexus specie pinxere poeta,
 Fortunam, vt constet quam variare solet.

Fortunam
 quomō pī
 gāt poete

Femina tractabit non legum iura, nec arma,
 Nec fundos vllos vendere sola potest.

Sceptra gubernare est vetitū, nā roboris expers
 Exiit has curas, quas decet esse virūm.

Neud consilio prodest, nec rebus agendis,
 Sed tantum lanis utilis esse potest.

Nuda est simplicitas, nudantur pectora sensu,
 Hoc solum sapiunt, temperet ora rubor.

Quando leo sauit, fremitus magis adit in illos,
 Quos videt esse boies, quā in muliebri genus.

Imperet vxori, & praesit vir, seruiat illa,
 Et mandata viri seruet vbiq̄ sui.

Femineo sexu potior mas, in unere lucis
 Dignior, atque animi tranquillitate frui.

Dignus honorari potius, quā femina diues,
 Hic praecellit agens, femina nata pati.

Quod tamen est patiens, assentit semper agenti,
 Et fert imperium, quod iubet illud agens.

Est caput vxoris vir, qui vt praestantior illa
 In cunctis, primum debet habere locum.

Nil aliud
 cupiūt fe-
 minae quā
 tacare fa-
 ciem.

Vir impe-
 ret, vxor
 seruiat.
 Mas poti-
 or mulieri
 bus, & dig-
 nior.

Vir caput
 vxoris, &
 ea pretā-
 tior.

Quod

Natura se
 per conat
 edere qd
 meli^o est. *Quod melius fuerit, natura hoc edere tentat,*
 Fœminæ
 ort^o indi- *Si mas est melior, fœmina pcior erit.*
 cat naturã *Fœmina nata probat, naturã debilis esse,*
 esse ibellẽ. *Roboris, & rarò gignere posse marem.*
 Fœmina est *Fœmina qua nata est, mas læsus dicitur esse,*
 mas læsus, *Dicitur & casu forsitan esse sata.*
 seper & ca *Nonnunquã sexũ mutat, sumitque virilem,*
 su nascitf. *Nec mirum, robur forma virilis habet.*
 Fœmina *Rarius has formas homines assumere visum est,*
 nonnãquã *Fœmineas: valido robore namque carent.*
 mutatur i *Quid loquar, vt quondam naturæ iure nouato,*
 virũ, Arist. *Ambiguus Scitbon fœmina masq; fuit.*
 lib. 8. c. 11. *Vir fuit ille quidem, mutata est forma virilis,*
 de hist. aia *Fœmina iam factus, quod fuit, esse cupit.*
 liũ. & li. de *Forsitan ille fuit sexus dulcedine captus,*
 gnatione *Quem tamen expertus, postulat esse marẽ.*
 aialiũ. ij. c. *Legibus vrbanis vir nuptus pareat vltro,*
 3. Pli. in li. *Obseruet mores fœmina nupta viri.*
 7. c. 4. nãlis *Diligat hunc animo, semper vestigia seruet,*
 historie. *Deposito fastu, ni velit esse rea.*
 Scithõ fuit *Florebit tranquilla domus, si limina rarò*
 fœmina & *Fœmina conspiciat, nec peragrarẽ velit.*
 mas. *Præ-*
 Fœmina ob
 seruet mo
 res mariti.

Præceptis obstricta viri, si stammina, telas,
Texat, & ad sponsum linteolumque paret.

Felix Admeti coniux, & lectus Vlyssis,

Admetus.

Et quæcunque viri fœmina limen amat.

Ante oculos nuptæ veniat Lucretia, cuius

Lucretia.

Pura fuit semper mens, & amicus bonos.

Lumen ad exiguum residens, sua pensa neebat,

Proque salute viri, sæpe rogabat opem,

Arguto tenues percurrens pectine telas

Altera, sollicitat corde timente Deum.

Dulcisono cantu parat indumenta marito

Vxor, casta suis adibus ipsa latens.

Altera versato ducit sua stamina fuso,

Commendans semper, publica facta Deo.

Altera solatur vetulum, quem sorte maritum

Obtinuit, cuius fœdaque crura lauat.

Quos peperit nactos lætat charissima coniux,

Sola domi, mulcens pignora chara viri.

Altera cognatos, qui paupertate laborant,

Et fouet & recreat, queis alimenta parat.

Fœmina casta domum seruat, seruire marito

Gaudet, & alterius limen adire timet.

Et

Et cauet ire foras, aliena negocia nunquam

Inquirit, natis incubat illa suis:

Ocia contemnit, contorquet pollice fila,

In digitis filum, vimina texta propè.

Quàm platanus riuo grudet, quàm populus vnda,

Et quàm limosa canna palustris humo:

Tam Venus ocia amat, tam par et femina amor

Ocia cui semper, verbaque vana placent.

Casta nec antiquis cadens leuina Sabinis,

Vt quannuis tetrico tristior ipsa viro:

Dum modò lucrino, modò se permittit Auerno,

Et dum Baianis saepe fouetur aquis:

Incidit in flammam, iuuenemq; secuta, relicto

Coniuge, Penelope venit, Helena abiit.

Non celare suas nec vincere femina curas,

Nec differre potest: tam leue pectus habet.

Quae formosa, decens, diues, facunda, venusta,

Nobilis, intumuit sitque superba nimis.

Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia forma

Dant fastus animos, forma superba faces.

Grande decus forma, nitida, vultusq; superbi

Hæc rigidos mores verbaque dura creant.

Dini

Diuitis vxoris, formosæ, grandia verba

Nescio quis poterit ferre maritus egens.

Attollit collum, toruo circumspicit ore,

Quem coluit nuper, non putat esse virum.

Sed tamen aduertat: quæ quondã diues habebat

Prædia, nunc pauper quæritat, ore cibum.

Pulchra etiam facies consumitur est Tiranno

Tempore, cunctorũ est quod violētus edax.

Demens ille fuit, qui solo lumine visam

Accipit vxorem, quã bona forma probat.

Nec genus & proanos quærit, moresq; requirit,

Nec vitæ cursum, sola sed illa placet.

Sit formosa licet, poterit tamen esse superba,

Quæq; velit thalamum commaculare viri.

Esse putet dotem, formam (fugientia dona)

Et velut indignum spernat adire thorum:

Arroget illa sibi præcellere vota mariti,

Nobilitare domum quæ fuit ante viri.

Particibus disponat anos, & stigmata figat,

Quæ gessere patres, tollat in astra sui.

Vix formosa potest castum seruare cubile,

Lis est cum forma, magna pudicitia.

Indicia
mulieris
superbæ.

Vxor nō
solum ocu-
lis eligenda

Mulier pul-
chra putat
se esse val-
de dotatã,
si sit pul-
chra.

Mulier for-
mosa vir
est casta.

Pudicitia
& pulchri-
tudo vix si
mal esse
possunt.

Gloria sed formæ, quæ nunc lucrosa videtur,
Iacturam senio mox subeunte, feret.

Fœmina pulchra nimis, multis exponitur ansis,

Nam captare solent lumina pulchra viros.

Gratia habenda tibi, qui seruas limina sancta,

Quem non læsit amor, nec nocuere faces.

Rarus erit terris, qui non præsentiat acce-

Naturæ imperium, sit licet ille lapis:

Nam calidus sanguis pungit, luxumq; suadet,

Sanguinis & tepidi copia multa grauat.

Si pulchram faciem comitetur iunior ætas,

Ambo pudicitia, sunt inimica graui.

Quæ poterit tantis obsistere fœmina pugnis,

Præcipuè iuuenis, si fuit acris amor.

Effectus
amoris. Ludit amor sensus, oculos præstringit, & aufert

Libertatem animi, fascinat ille viros:

Credo aliquis dæmon subiens præcordia, flammâ

Concitet, & tollat cardine corda virum.

Amor non
est deo, sed
amaror &
error.

Nec Deus (vt perhibent) amor est, sed amaror &

Amas non
viuit, sed
perit.

Viuit amas mæstus, viuit? at ille perit. (error)

Quisquis amat leuis est, nec fœmina sola, sed ipsa

Qui præstant aliis, & grauitate valent:

Quos

Quos operit latus fulgenti murice clauus,
 Quos vidi elatos, quos fouet aura leuis.
 Namq; dolos inspirat amor, fraudesq; ministrat,
 Vt capiat miseros, retia cuncta parat.
 Quisquis amat, seruit, sequitur captiuus amata,
 Fertq; iugum, tergo verbera dura miser.
 Dulcia cuncta putat, quæcunq; requirit amata,
 Fert stimulos, nescit dicere, stringit onus.
 Est animi tam triste bonum, tam dulce venenũ,
 Hic amor, vt liber vix velit esse senex.
 Non immane genus, non gēs tā barbarā, amores
 Quæ non pertineat, sæmineosq; dolos:
 Hinc veniunt rixæ, veniunt & iurgia, & arma,
 Sæpe etiam cædes sanguinolenta venit.
 Hinc quoque deletis euersæ manibus vrbes,
 Et nostras leges hos reprobare leges.
 Non tibi difficile est miserũ dignoscere amantiẽ; Indicium
amantis,
 Proditur in vultu, fronteq; falsus amor:
 Pallet amas, stultò est similis, lymphaticus, amēs,
 Immemor, insomnis, morsus in ore manet:
 Non bene quæ loquitur, cuiquàm pcepta videtur,
 Linguaq; sicca manēs, adere verba nequit.

LIBER

Qui videt hic perijt, flammâs sorbetq; tuendo,
Excitat hic ignes pectore cæcus amor.

Ignes, qui nec aquis perimi potuere, nec umbris
Diminui possunt, nec medica arte queunt;

Quid sit
amor.

Inuida res amor est, res inuidiosa voluptas,
Et funesta lues, machina plena dolis:

Qui vehementer amat,
est si-
milis pecu-
di.

Corda venenatis penetrans humana sagittis,
Est similis pecudi, qui vehementer amat.

Quæ peiora unquã potuit dare philtro calipso,
Pocula quæ circæ, quæque venena Venus.

Quæ stix, quis Phlegetõ grauiorẽ quæ maior Erythra,
Quis Maurus poterit tã grauiora dare. (mis)

O stulti quicunq; Deum dixistis amorem,
Nùm natura nocens est Deus, ipse pater:
Est Deus, est homini clemens, innoxius, æquus,
Nil magis hic optat, quàm Deus esse pius.

Quæ amã-
tes comite-
tur.

Errores variij varium comitantur amantem,
Suspicioque grauis, somnia falsa, doli.
Decipit hos miseros quandoq; & opinio mendax,
Sors premit infelix, spes quoq; vana nocens:
Sunt bona falsa quidem, quæ cæcos sæpe fatigant,
Vtile sit damnum, scala pericla minans:

Lassa

Lassa quies recreat, labor improb⁹, obruta fama,

Si quis honor fuerit, totus honore caret.

Falsa fides, fidesq; dolus, cito concitat ira,

Tarda que fit ratio, non manet illa diu.

Carcere apertus adest venientibus omnibus vnus,

Exitus incertus, sed dubitandus obest.

Ingressus facilis, sunt limina peruia cuiqua,

Si cupis ire foras, ostia clausa manent:

Carcere in obscuro regnat confusio, voluens

Triste quod est certum, lataq; certa parum:

Cum videas tantis iactari fluctibus illum,

Qui iacet in tenebris, queq; cupido premit:

Heu fuge tu laqueos, puerum contunde superbū,

Insidiasq; caue, retia namque parat.

Gens insana Deum te fecit seue cupido,

Te Regem fecit gens vaga, mente carens.

Vanus amans, curis plenus, quod possidet, omne

Labitur, & paruo tempore cuncta fluunt:

Est sibi diffidens, peragit nil tēpore, tanquam

In niuea glacie qua rosa nata fuit:

Vel fuit vt glacies, qua verno tempore visa est,

Vel fuit vt partus, proditus ante diem:

Cupidine
quis fecit
Deum.

Amantis
epitheta.

Est breue solamen, faciles quod fallit amantes,
 Spes est vana tamen, finis amarus erit.
 Tædia sunt semper comitantia gaudia vana,
 Troia iacens testis, Romaq; testis erit.

Exhorta-
 tio vt amo-
 res fugia-
 mus.

Vine precor liber, noli te subdere amorì,
 Tu qui cordatus carmina nostra legis.
 Non pudet hunc adeò, pulchram qui decipit, illi
 Qui vitiat turpem, culpa datur grauior.
 Qui violat pulchram, prætexit nomine culpam
 At qui deformem, turpis adulter erit.

Pulchra
 species v-
 xoris oble-
 dat virũ.

Lumina delectat mulier formosa mariti,
 Sed magis adfligit, suspitionis onus.
 Hac tamen oblectat paucos formosa per annos,
 Quæ modò formosa est, cras tibi turpis erit.

Forma bo-
 num fragi-
 le est.

Forma bonũ fragile est, quãtũq; accedit ad ãnos,
 Fit minor, & spacio carpitur illa suo.
 Non manet hac semper, nec simplilia florent,
 Nam rosa siccatur, gramina sicca vides.
 Omnia decrescunt, concrescunt tempore cuncta,
 Quod modo dulce fuit: mox erit egra lues.
 Pulchras stare diu, parcarũ lege negatur,
 Nil manet æternum, nil valet esse diu.

Hæc

Hæc quam cernis anum, quondã formosa puella
 Exiit, an nescis quàm breue forma bonũ est.

Si bene respicias, facies non vxor amatur,

Tres rugæ subeant, pendeat ipsa cutis:

Fiant obscuri dentes, oculique minores,

Iam non vxor erit, fit grauis esca viro.

Tolle supercilium? quid fastus? forma superba?

Nonnè vides? faciem ruga senilis arat.

Iam tibi nigrescunt dentes, oculique minores

Deturpant faciem, fit tibi laxa cutis.

Quatuor ante diem, corpus prosternere certat,

Vxor pulchra domi, pestis & ingluuies:

Indiga paupertas, ingentes adde pauores,

Occidit mæror, si fuit ille grauis.

Si forsã vitæ cupias producere tempus,

Effuge tu pulchri gaudia vana thori:

Non tibi complaceant pretio constantia tanto

Gaudia, quæ mentem sollicitare solent.

Forma Dei munus quamuis dicatur, habenda est

Pondere pro magno, quum grauet illa virũ.

Attollit faciem mulier formosa, superbo

Incedit fastu, se dominam esse putat:

Indicia se-
 nectatis
 approxi-
 mantis.

Quatuor
 mortẽ ac-
 celerant.

Forma Dei
 munus est.

Inseruire viro, multarum more recusat,
 Vestibus absumit vendita rura patris:

Inuitoq; viro se exponit saepe videndam,
 Atq; est amissa causa pudicitiae.

Tædia quanta parit mulier formosa marito,
 Cernis, & vxorem ducere stulte cupis?

Si vis nu-
 bere, nube
 pari.

Ducere si cupias vxorem, respice qualem

Ducere conueniat, respice, sume parem.

Vxor qua-
 lis esse de-
 beat.

Sit mediæ formæ, mediocri corpore nubens,

Nam mediæ formæ gratia semper inest.

Sit media
 forma, &
 corpore

Ne cape formosam, nec magno in corpore formam

Parua est in magno corpore mica salis.

mediocri,
 femina
 quâ ducis.

Effuge tu faciem depictam more britano,

Oscula ne capias, quæ tibi picta dabit.

Cauè à for-
 ma depi-
 cta.

Fæmina turrificat crines, quos ara coemit,

Atq; Dei formam turpiter illa colit.

Cernere tu poteris personam, forma videri

Vix poterit, facies nullaq; certa datur.

Apostrop.

Tu faciem serua, qualem natura creauit,

Cur faciem pinguis, stulta puella tuam.

Forma decens, niuensq; color, flauusque capillus

Sint satis, & nulla factus ab arte decor:

Sic sed eas, sic culta foras procedere perge,
 Stamina sic torque, sit tua sparsa coma:
 Illa habitu casto, cum non sit casta, videtur,
 Hæc præter cultum, nil meretricis habet.
 Ergo igitur cultus non vitam damnet honestam,
 Conueniat cultus cum probitate tua.
 Si malè tu seruas lectum, nec vita pudica est,
 Virginis & nomen nec retinere placet:
 Exue uestitum, qui castis conuenit, illum
 Indue, quem Veneri posse placere putas.
 Quid iuuat ornato, magnoq; incedere fastu,
 Quid iuuat in facie factus ab arte color:
 Aut quid acu calida torquere in vertice crines,
 Tingat & vt faciem venditus are rubor:
 Quod natura dedit, maculare & perdere fraude,
 Quæq; Deus fecit, te reprobare bona.
 Quas vterò formas sumpsisti, prome libenter,
 Turpe est ingenuis fædus in ore color:
 Hæc infensa Deo, tenebris condatur in imis,
 Facta Dei nutu, quæ minus apta putat.
 Quæ faciem vertis, senium ne vertere tentes,
 Non iterum iuuenis, pigra senectus erit:

LIBER

*Tollere nec rugas poteris, nec forma caduca
Vertitur in faciem, quæ fuit ante virens,
Non igitur faciem propriam pictura perungat,
Nè persona viro tu videare tuo.*

*Non igitur faciem mutes, quam fata dederunt,
Forma tibi placeat, quam genuère patres.*

*Vxor Phil
lonis, Vxor Pbillonis cur non pendentia collo,
Munera gestaret, quaritur, ipsa refert.
Sola viri virtus mihi confert munera multa,
Hæc mihi sola placent, hæc vebemèter amo.*

*Dat digitis gemmas, dat læta monilia collo,
Vir mihi dilectus, vir mihi sola salus:*

*Nulla mihi inuidiam poterit sufflare puella,
Muneribus quanuis colla superba gerat.*

*Quatuor
optat fœ-
mina, &
quæ. Quattuor hæc optat mulier, se vestibus esse
Ornatam, prolem, nobilitare domum:
Se iuuenes cupiant pulcbram captare puellam,
Imperiumque domus gestit habere sua.*

*Penelope. Penelopem poterit dispersus rumor iniquus
Ledere si cultus quid meretricis habet.*

*Claudia
Vestalis. Claudia vestalis quanuis degebat boneste,
Et mens sana foret, candidiorque niue:*

Laesa tamen deflet, nam illesam rumor iniquus
 Polluit, & falsi criminis acta rea est:
 Obsuit huic cultus, variè & fudisse capillos,
 Quæque solet falsos lingua referre sonos:
 Illa suis manibus solita est componere crines,
 Et longa faciem pingere desidia.
 Fœmina non solum cultu videaris honesta,
 Sit sermo lenis, sit decus in facie.
 Sit pudor in cultu iuuenis, qui viuere honeste
 Semper amat, seruet quæ peragenda viris.
 Necq; suos placeat pexos pendere capillos,
 Ne uè superciliū nigra perungat acus:
 Permitto hoc faciant iuuenes qui viuere more
 Fœmineo cupiunt, quos iuuat atra Venus.
 Forma viros neglecta decet, quibus arma gerenda
 Sunt humeris, quorum lœditur ense latus:
 Qui tractare solent belli instrumenta superba,
 Sæpius in bello quosque pericla manent:
 Quos rigor in vultu, positiq; sine arte capilli,
 Et lenis egregio puluis in ore iuuat:
 Talia conueniunt iuueni qui masculus ambit
 Esse vir, & seruat debita iura viri.

Apostrophe.

Alloquitur
iuuenes.

Vestis

Agit in vi-
ros effemi-
natos.

Infurget
in vetulos
effemina-
tos.

*Vestis erit vobis filis contexta minutis,
 Quæ colus ensis erit, desidiaque placent.
 Vir caput vxoris, qui exemplū ferre tenetur,
 Soluitur in luxum, plenus odore madet.
 Ignavi vetuli cultu fluxere superbo,
 Quos pudet esse viros, mollia quosq; iuuat.
 Robore cum careant, gemmis onerantur, & illis
 Non ouium vestis vellere texta placet:
 Sed Martis spolijs contextos sumere amictus
 Gaudent, in digitis bacca superba sedet:
 Additur ars vesti, non quæ communis habetur
 Induitur, vetulis id fore vile putant:
 Venantes tunicas auium quoque versicolorum
 Lasciuas videas ad tegumenta tbori.
 Affluit ast alter peregrino puluere, mentem
 Qui reuocare queat, si subit illa necem.
 Ille suis pedibus non vult discurrere vicos,
 Sed vehitur curru, totus odore madens.
 Quippe homini ex istis surgit bona fama, dec⁹q;
 Cum vir sit natus, scæmina prorsus erit.
 Nolo tamen quenquã sedatū vestibus esse,
 Simplex munditiis vir, benè sanus erit.*

Nes

Nec volo quod quisquã offendatur sordibus, ille
 Sit medium seruans, vestis odore carens.

Nec volo quod crines turbentur vertice, pexos
 Nec volo quod facias sæpius esse tuos:

Pendula barba tibi non sit nec rasa, sequendũ
 Est medium semper, si sine labe manet.

Non cutis ipsa nitēs, nec tetro humore madescat,
 Si turpis fœtet, splendida visus erit.

Si patriæ mores nostra indumenta sequantur,
 Iudicium laudo, consiliumque probo.

Stemmate præclarus vir, iudicioque virili,
 Fœminea nunquam veste tegendus erit.

Vxorem nemo capiat sub nomine dotis,
 Qui tamen hoc fecit, vir miserandus erit.

Qui vxorem ducunt ingenti dote refertam,
 Vel que præcedit nobilitate virum:

Serui prorsus erunt, patientur tædia multa,
 Dotata nimirum, colla superba gerunt:

Damna viris pariunt, dotata diuite dote,
 Hos miseros rodunt, perpetuoque necant:

Subseruire sibi cupiunt bos, dote tumentes
 Diuite, vix possunt hæc mala ferre viri.

Sunt

Apostro-
 phe.

Consiliũ
 datur volẽ
 tibus ducẽ
 re vxorẽ.
 Ostẽdit in
 cõmoda il
 lorũ qui v
 xores da-
 cõt sub no
 mine dotis
 vel quia
 nobiles.

Verba ho-
minis pru-
dētis.

*Sunt mihi diuitiæ multæ, sunt prædia multa,
Dixit vir quidam, qui mihi notus erat:*

*Propterea poterat mihi nubere nobilis vxor,
Cui genus & proau nobilitate fauent:*

*Nolo tamen nostrum conscendat fœmina lectum,
Quæ iactare potest stemmata clara patrū.*

Incōmoda
quæ proue-
niūt ex v-
xore diui-
te aut nobi-
li.

*Pauper qui quondam thalamū contraxit opimū,
Traditur vxori, quam vehementer amat.*

*Ille quidem paret, mulier tamen imperat illi,
Dicitur hic duro subditus esse iugo.*

*Diuitis vxoris qui gestit scandere lectum,
Is cupit infelix, vel cupit esse reus.*

*Non poterit quisquam mulierem ferre superbā,
Quæ cupit imperium, sola tenere domus.*

*Subiicit illa virum, qui libertate potiri
Non poterit, quoniā tota superba furit.*

*Quæsitus quisquam, cur nolit diuitis esse
Vxoris vir, tunc nubere nolo? refert.*

*Non putat vxorem, dominam se iudicat esse,
Si vir pauper erat, ditior illa viro.*

*Seruitium exigitur, ius totum gestit habere,
Quæ fuerit locuples vxor, & ore decens:*

Liber-

Libertas fandi tota est adempta marito,

Si fuerit pauper, diues at illa satis.

Hoc te commoneo, dotis dulcedine captum,

Nè tibi nobilior fœmina nupta fiet.

Exitus infelix sequitur connubia, quando

Vir dispar fuerit, fœmina sola potens.

Fœmina sit parens, dominum se sentiat esse

Vir, iuuenis fuerit, vel fiet ille senex:

Non tibi cognatus fuerit qui sanguine iunctus

Vxori, potius se dominum esse putat.

Non bene concordat, sed sèper disidet impar

Coniugium: equali fœmina nube viro.

Prospera succesum facient connubia letum,

Fœlices viuent fœmina virq; pares.

Quidam diues opum, voluit deducere in ades

Vxorem, quærit, dic mihi qualis erit:

Ille inquit, geminæ cupiunt mihi nubere, quarû

Et genere atque opibus, cõuenit vna mihi:

Altera præcellit: quam ducam, consule, fare,

Vtra ex his potius sit capienda mihi:

Consultus baculum tollès senis arma, profatur,

Consilium pubes, quod petis, ille dabit.

Fœmina
nube pari.

Vxorẽ du-
cturus que-
rit qualis
est ducenda
vxor.

Arma senû
sunt bacu-
li, quibus
iactantur.

Extēdit manibus baculum, quem fortè tenebat,

*Ostendit puerum, cui trochus vnus erat:
I sequere illorum monitus, qui ludere certant,*

Accedens audit, tu tibi sume parem:

Quæ postquã audiuit, monitis puerilibus hæres,

Noluit vt premeret, virgo superba thorū.

Atque parem paruas vxorem duxit in ædes,

Hoc tali exemplo, tu tibi sume parem.

Apostrop. Hoc tibi commendo, sit vt alta mente repostum

Famina, si cupias nubere, sume parem.

Quam malè cõueniūt iuuenes, & curua senectus,

Coniugium dispar tam malè semper habet.

Tam malè semper habet, quando dotata iuueca

Peruenit ad thalamum, qui fuit ante miser.

Singulis cū simili gaudet versarier, omnes

Coniungit paritas, conciliatque viros.

Paritas cõ Omnes bi se se venerantur, amantque vicissim,

iungit amicos. Vicini, æquales viribus, atq; senes.

Apostrop. Vine sine inuidia, dulces transire per annos

Exige, quare parem, qui tibi præstet opem.

Non fragilis forti iungatur, grandia paruis

Non benè iunguntur, nec simul esse queunt.

Nobilitata domus nescit prodesse propinquo
 Pauperie oppresso, nec putat esse parem.

Si fuerit qualem speras, tua fœmina diues,
 Noscat & imperium, te sciat esse virum:

Gaude, sume animos, lætas agitato choreas,
 Atque animo puro carmina pange Deo.

Si tamen attollit cristas, animūq; superbum
 Arripit, in stolidam iudicis arma pete:

Sola domi mœrens viuat, tu viue seorsum,
 Sic flebit sortis fata dolenda suæ.

Quid precor est melius, quam si cōcordia regnet,
 Charaq; sit charo fœmina nupta viro.

Inter inæquales nunquā concordia regnat,
 Si tibi incundum est, nubere, nube pari.

Gaudia suscipiet, fuerit qui verus amicus,
 Pax erit in thalamo, dissidiumque procul.

Sperne supercilium, dotē amplā, sperne superbā
 Vxorem, noli te cruciare iugo.

Vxorem si forte velis tu ducere, primum
 Virginis ætatem lumine cerne tuo.

Id potius laudo, iunenem connubia velle
 Coniugis, ætatis que sibi compar erit.

Inter inæ-
 quales, nō
 est vera
 amicitia.

Consilium
 datur, in
 ducenda
 vxore.

Hæc tibi conueniunt connubia grata marito,

Ætas dissimilis gaudia nulla parit.

Hanc veluti mollem poteris tu flectere, quantum

Sis iuuenis, facilis namque erit illa tibi.

Quæ fuerit iunior mulier tibi iuncta marito,

Illam tuos mores blanda puella colet.

Quæ fuerit senior, poterit vix illa reflecti,

Nam præ duritie, cedere stulta negat.

Simil. Quæ firmata solo est multis radicibus arbor,

Hanc vix euellēs, nam manet alta solo.

Virga recens facili poterit tellure reuelli,

Virginis inualida flectere colla potes.

Non ad eò florens grata est mortalibus ætas,

Quam primùm nata es, non reditura fuis.

Tu nè quære virum, qui sit robustior annis,

Nam velut empta, viro subdita semper eris.

Cōsiliū
in eligendo

marito.

Qui tibi compar erit, facilem se debet habere,

Tu soror, ille tuus frater habendus erit.

Hic tibi narrabit quodcunque peregerit vrbes,

Hic tibi solamen, gaudia cuncta dabit.

Si fuerit senior, cum quo connubia nectis,

Tristis erit thalamus, canaque; tristis trita

Dormiet hic semper, deflebit dulcius auum
 Quod iam praterijt, fata propinqua gemet.
 Venter erit fluidus, mundareq; cogeris aluum,
 Et præbere cibos, quos violenter edet.
 Nam fluidus venter gignit fastidia multis,
 Præcipuè senibus, quiq; calore carent.
 Et Venus in vetulo pauci fert signa pudoris,
 Quid ni, cum senibus verba caduca sonent.
 Frigidus in Venerem senior, frustra q; laborem
 Suscipit ingratum, nec Venus vlla placet.
 Si tremulo sis nupta seni, cui vertice cani
 Funduntur crines, te miseram esse puta.
 Ingemit hic semper, fator comitatur eundem,
 Nulla quies animo est, gaudia nulla placèt.
 Conqueritur mulier, vetulo se nubere dicens,
 Is senior patre est, heu miseranda meo.
 Vxor es iuuenes, senioris morte mariti,
 Se viduas cupiunt, atque nouare thorum.
 Femina quæ fuerit seniori nupta marito,
 Illa placet vetulo, displicet illa sibi.
 Vir senior thalamum mollem, non est q; requirit,
 Dormiat vt mollis, sit quoque lōga quies.

Venus in
 vetulo est
 inditium
 innerecū-
 dix.

Infelix mu-
 lier nupta
 tremulo
 seni.

Conqueri-
 tur mulier
 quod sit
 nupta se-
 ni.
 Vxor ado-
 lescens cu-
 pit vidua
 esse, morte
 mariti se-
 nis.

Macro. li.

7. Sat. c. 7.

Theophr.

de causis

plātārū. c.

9 & 11.

Arist. li. 4.

de gñatio,

aīalū c. 6.

Ari^o Lusita

nus.

corripe gē

ta quidē,

gīta cōma

na noris.

Potest mu

lier cōcipe

vſq; ad 50

ānos, mas

pgignere

vſq; ad 70.

Arist. in 4

de partib^o

aīalū.

Cōrigit ra

rō quōd

mares gīg

nār, in an-

nis. 70.

Filius ſepe

eſt ſimilis

patri.

Tadia ſed vetuli non ſuffert ſamina tanta,

Ille quidem dormit, ſamina nocte gemit.

Qui fieri poterit, vetulū quōd diligit ipſa,

Ille aliud quærit, ſed tamen illa aliud.

Famina ſit citius pubes quàm maſculus, illa

Perſcitur citius, tardius iſte tamen.

Quæ ſunt infirma, hæc citius matura videbis,

Sed robuſta quidem tardius eſſe ſolent.

Nam citius parū miteſcit in arbore pomum,

Serius at magnū tu properare vides.

Concipit & mulier citius, citiusq; ſeneſcit,

Tardius at iuuenis: tardius alba coma eſt.

Famina perſcitur citius, citiusq; peribit,

Maſculus at tardè, viuit & ipſe magis.

Quinquaginta poteſt mulier producere in annos

Fatum, ſed maribus ſeptuaginta licet.

Contigit id rarò maribus, quod tempus in illud

Producant fatuſ, & genitura ſuat.

Ex patribus claris naſcetur clara propago,

Sæpe ſolet ſimilis filiuſ eſſe patri.

Sic natura iubet turpem producere turpem,

Inſequitur leuiter filia matris iter.

Si generatrix caste, caste quoque filia viuet,

Si mater meretrix, filia talis erit.

Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos

Inuenies, oculis si bene respicias.

Scilicet expectas, vt tradat mater honestos

Aut alios mores, non nisi quos habuit.

Vix fieri (si sint vires in semine morum)

Ex meretrice ægra, filia casta potest.

Non gigni poterunt redolentia frutice poma,

Non poterit quercus dulcia poma dare.

Nō aquilam inualidæ poterūt generare colūba,

Sed nec ab ancilla gignitur ingenuus.

Non pater infamis producet semina sancta,

Nascitur ex turpi proles iniqua patre.

Natis sæpe patris virtus infunditur, inde

Talis erit, natus qualis & ipse pater.

Ducere si cupias vxorem, quæstio morum

Prima sit, & videas adferat vnde genus:

Si duo quæ dixi placeant, sit mentio dotis

Vltima, (si sapias) elige quæso parem.

Femina sola sibi blanditur, sola recumbens

Consilio credit se superare virum:

Ex ancilla
nō pducitur
filius
ingenuus.

In genera-
tione vis
paterna est
in semine.

Tria sunt
expectanda
in vxore,
Par erit vxor
marito.

Mulier cre-
dit se esse
viro prudē-
torem.

*Omnia scire putans, aliorum vota refellit,
Inde fit, ut cupiat cuncta subesse sibi.*

Negligit

Vxor mari
tū.Laudabile
cōsiliū.Quāto ma
gis mulier
arguitur,
tanto ma
gis furit.

*Imperiosa nimis negligit illa virum.
Socratis exemplo, quodcunque peregerit vxor,
Fer licet inuitus, verba nec vlla refer.*

*Xantippem siquidem conuitia multa loquentem,
Cum blandè argueret, tunc furit illa magis:*

*Attollit cristas, conuitia multa retorquet,
Cogitur ille miser comprimere ora sua.*

Cōsiliū
optimū.

*Vincere si cupias illam clamore furentem,
Cōprime vel linguam, vel sua dicta proba.*

Similitu.

*Vidi ego nuper equū nolentem sistere cursum,
Fræna sed astringens (euolat ille) sua:
Constitit, ut primū fessoris sensit habenas.*

Vxor sem
per aduer
satur mari
vo.

*Laxatas, domino non reprimente suo.
Hoc habet ingenium mulier, quod cōcupit vltro
Omnia quæ nolit, quæque maritus odit.*

*Si vir præterea quiduis desideret insons,
Protinus id fieri fæmina posse negat.*

*Crimine si mulier fuerit deprensa pudendo,
Toxica conspicias esse parata domi.*

Quæ vetitum solita est mulier cōscendere lectū,
In fontem nunquam diligit illa virum.

Adultera
mulier nō
diligit vi-
rum.

Fœmina pulchra alijs nubat, tibi fœmina casta,
Nam nocet ingenuæ, forma pudicitia.

Fœmina de
fornis vix
nubet.

Quæ modicè pulchra est, seruabit fœdera lecti,
Fœmina deformis nubere vix poterit.

fœmina sol-
licita vix
potest esse
bona.

Iura thori raro seruabit fœmina pulchra,
Sollicitata procis vix queat esse bona.

Si sapis, vxorem capias quæ est nata parente
Moribus ingenuo, qui tibi notus erit.

Quæ genuit mater sit præstans moribus, vrbi
Sit quoque nota suæ, clara pudicitia.

Nam pater ingenuus, mater vestita pudore,
Ingenuam sobolem gignere sæpe solent.

Si deformis erit mulier tibi iuncta marito,
Non tibi iucunda est vita, nec esse potest.

Mulieris
deformis
incōmoda.

Gaudia nulla domi, non gratæ gaudia cænæ,
Inq; tuas ædes, non placet ire tibi.

Pulchra, quidē facies meretricibus apta videtur,
At placet ingenuo forma pudica viro.

Quid nam dulcis amari? formosæ dira cupido est,
Irruit in vetitum, qui violenter amat.

Amor va-
de nascit
& quid sit.

LIBER

- Amor verus Quid sit verus amor, respondet verus amator,
quid sit. Non mihi iam viuo, corpore viuo alio.
- Amore est de Qui vehementer amat, se totum tradit amat. &
fideriū pul Viuit in alterius corpore, verus amans.
chritudi-
nis, ex ip- Hic amor ex magna dulciq̄ue cupidine natus,
soq; deside- Regnat, & in plures ius habet ille viros.
rio natus
est. Proditor est mentis, ratio deformis, iniquus
Plato. Hic amor est, pulchram qui vitare cupit.
Effectus Dardana progenies ortum depinxit amoris,
amoris. Scribere quem libuit, talia verba sonant.
- Petrarcha. He fatto amor de ochio, & lasciua humana,
He fatto amor dio de la gente vana.
Ocia fecerunt, simul & lasciua propago,
Gens quoque vana Deum, tela cupido tua.
Si indignata tibi fuerit formosa marito,
Tu caue, nē vetitum comprimat illa thoris.
Nam mare turbatur, quādo furit a sibus auster,
Et petit insolitos vnda repulsa locos.
Turbine ventorum scuit mare fluctibus vndans.
Flumina decurrunt, pronaq; falsa petunt.
Impetus est ignis vehemens, acerrimus, asper,
Indiga paupertas inter acerba manet.

Plu-

Plurima sunt etiam quæ ponas inter acerba,
Omnia sed superat fœmina plena dolis.

Dicitur illa malum fucatum, sydere iniquo
Nata quidem, cunctis ingeniosa malis.

Saua nimis mulier famulis, semperq; superbit,
Noxia, dira viro, est imperiosa domi.

Si malè tu tractes vxorem, redditur ipsa
Sanius, auscultans non erit illa viro.

Si benè tu tractes ipsam, fit pessima semper,
Sed bona (ne dubites) si moriatur erit.

Felix si viuus defuisset am ducis in orcum,
Felicius fueris, si perit illa citò.

Sunt fucis plenæ, simulant quodcunque libebit,
Vir malè dissimulat, quod reuolenter amat.

Nouit fœmineum genus omnia, nouit & illud,
Quo pacto quisquam degat in æde sua:

Improba, auara, rapax, mulier si cõspicis, omnis,
Exigit hæc nummos, hos cupit, hosq; rapit.

Omnes quippe dolos astruxit fœmina fallax,
Nil aliud sapiunt, quàm capere arte viros.

Non tot discurrunt viuentes æquore pisces,
Pectore quot condit fœmina nata dolos.

Fœminæ
Epitheta.

Vxor non
obedit vi-
ro.

Maritus
fœlix, si v-
xor moria-
tur.

Epitheta
fœminarũ.

Mulieres
capiunt vi-
ros.

Crimina
mulierũ.

*Cuncta sub obscuro regnantia crimina regno,
Pectore conduntur fœmina nata tuo.*

*Femina est
leuior v&e
to & fron
dibus* *Qui tibi confidit, siccis ceu frondibus hæret,
Es leuior vento, frondibus es leuior.*

*Nulla quidem potuit lectum seruare pudicum,
Igneus ille furor, nescit habere modum.*

*Mulierib
non fiden
dum.* *Est genus infidum nuptarum, nulla puella
Pectus habet fidum, pectore multa latent.*

*Ah pereat quisquis demens in coniuge fidit,
Qui vè putat mentem posse carere dolis.*

*Ille vbi ruperunt contempti fræna pudoris,
Non possunt capta mentis habere modum.*

*Flumina vertentur retrò, versabitur æquor
Humanis pedibus, Solque negabit opem:*

*Fœmineos possit quàm quis cõprehẽdere cursu
Et rapida stimulos frangere nequitia.*

*Promissa
mulierũ va
na sũt oĩa
& futilia.* *Quod mulier dicit, quicquid promittit, id omne
A vento rapitur, nec datur vlla fides.*

*Femina fa
cile cedit
amori seu
amãti.* *Nulla quidem poterit blandè tentata negare
Auxilium Veneris, quod petiere viri:*

*Hæc quoque quam credis quòd nolet frangere
frænum*

Casta pudicitia, sollicitata cadet.
 Nulla fides ergo pulchrae praebenda puella,
 Dimissos vultus retia saepe ligant.
 Quapropter noli mulierem credere firmam,
 Quae fugit, haec laqueis saepe retenta manet.
 Omnia perpendens iuuenis, cui nubere quadam
 Fœmina pertentat, talia voce refert.
 Qui fuerit caelebs, miserum se dicat oportet,
 In tenebris viuit, solus in aede manens.
 Qui fuerit coniux, uxorem ferre tenetur,
 Id tamē est grauius, quàm mala multa pati.
 Hic moritur viuens, caelebs solaminis expers,
 Non moritur: viuens non tamen esse potest.
 Anxius his iuuenis non dormit, cogitat anceps,
 Quae vitæ ratio, quaeque sequenda via est.
 Caelebs vita mala est, uxorem ducere peius,
 Talia versanti, fila secantur, obit.

(::)

FINIS lib. XIII.

NON

ois mulier
 sollicitata
 cadit.

Nō fidēda
 fēminis.

nec credē-
 dū dimisso
 vultui.

Quæ vitæ
 ratio sit
 potior, an
 cēlebs, an
 vxoria.



NON genus inualidum toto priuatur
honore,
Fœmina nam multis præualuit ma-
ribus.

Regnaque rexerunt multa grauitate virili,
De quibus in libris, prodita multa leges.
Consuluisse viris multas, & bella gerendo,
Legimus ab illis multa trophæa rapi:
Dilexisse suos magno feruore maritos,
Et seruare thori (non sine laude) fidem.

Vteri ap-
pellantur
loci. apud
medicos.

Quas virtus magna ad summos euexit honores,
Produxere locis pignora clara suis.
Progenuere duces insignes pectore, & armis,
Qui benè de patria promeruere sua.
Non metuere necis discrimina multa subire,
Ut regni nomen clarius orbe foret.

Lucretia. Nonnè vides quantis Lucretia fertur in astra
Laudibus, & quantis luceat illa solo:

Illam quidem inuirum thalamum violauerat olim,
Non erat id crimen, sed tamen esse putat:
Vincere neglexit, valuit præferre pudorem
Vitæ, qua nullo crimine lesa suo est.

Alteram

Altera fisa Deo, summo pietatis amore,
 Principis abscindit sanguinolenta caput:
 Iudith nomen habet, virgo castissima quondam,
 Quam genuere patres, qui coluere Deum:
 Gens Iudæa fuit magno concussa timore,
 Nè sua victori subdita colla daret:
 Inclyta virgo, sui populi miserata laborem,
 Crudelem ingulum percutit ense fero:
 Quod postquam fecit, properè festinat in vrbe,
 Vt trepidum populum latificare queat:
 Excipitur plausu, summo clamore tonantis
 Gloria laudatur, factaq; magna Dei:
 Territus his rebus populus qui cogitat esse
 Victor, & in patrios ferre trophæa focos:
 Effugit, esse putans vebementem numinis iram,
 Quod scelerata velit frangere corda virum.
 Hæc quoque se nobis offert viduata marito
 Fæmina, quam socrum deseruisse pudet:
 Ruth cineres coluit summo feruore mariti,
 Hos propter cineres, aduena facta fuit.
 Nec te præteream, quæ vincitū in carcere patrè
 Lactasti, mater facta secunda patris:
 Tuscia

Iudith.

Ruth.

 Lactauit
 patrè filia
 in carcere
 vincitum.

- Tuscia ve-** *Tuscia vestalis, cur te non laudibus ornem,*
stalis. *Quæ merita es grandi flumina ferre cribra.*
- Penelope.** *An non Penelope castè vixisse refertur,*
Tempore quo Troiæ durus Ulißis erat.
- Claudius** *Claudius insanus deuictus amore puellæ*
insanus. *Virginæ, voluit nomini obesse suo:*
- Virginæ.** *Hoc propter, virgo cupiens seruare pudorem,*
Obtulit (heu) duro colla secanda patri.
- Hippo.** *Hippo capta mari nolens seruire pyrata,*
Ne se pollueret, maluit illa mori:
In pelagus corpus proiecit casta virago,
A Casta fuit virgo, græca puella fuit.
- Cimbrorū** *Cimbrorum vxores proprio se sanguine fædant,*
vxores. *Ne sua Romanis colla premenda darent.*
Non ego præteream, quæ nã comitata Sabinis
- Hersilia.** *Hersilia, armatos exuere arma facit:*
Illæ equidem, patres agitant es bella maritis,
Cum lachrymis cogunt proijcere arma sua.
Fæmina digna viro, qui Romæ condidit arces,
Fæmina, quæ populi digna fauore fuit:
Prælia cessarunt, non passa est tela ruber:
Sanguine coniuncto, nam pater, ille gener.
- Hersilia*

Herfilia ante alias matres fœlicior vna,
 Quæ prohibet, focerũ nè petat enfe gener.

Inclÿta fœlici Dido viduata marito, Dido

Inter honoratas tu mihi vifa prior,

Nè cineres primi violares caſta mariti,

Enfe quidem crudo rumpere file cupis:

Improbus ille fuit, qui lectum finxit honeſtam, Virg. in

AENEÆ pedibus terq; quaterq; premi:

Ille quidem in tenebris verfabitur, ille perennes

Persoluet pœnas, hasq; luiffe decet.

Offert ſe nobis regina zenobia, lumen

Fœminei generis, docta virago fuit:

In thalamũ caſtũ nunquã conſcendere vifa eſt,

Ni ſibi gignendi ſpes manifeſta foret.

Pulchra puella, viro magno digniſſima rege,

Virtute excellens, ſydere nata pio:

Tu redimis gentem, quæ falſò prodita, fato

Condemnata fuit, ni tua lingua foret:

Hefter nomen habes, virgo ô dilecta Tonanti,

Fœlici partu te genuere patres:

Quid melius poteras, miſerã quã ſoluere gentẽ,

Qua regis inſſu tunc moritura fuit.

Libe-

*Liberet ut populum, se se offert illa periclo,
 Non venit ad regem, nempè vocata, suum:
 AEdictum fuerat, nè quisquã regibus adsit,
 Ni tamen id iubeant, regia iussa prius:*

*Aman. Principis Amonis monitis, iam dedita morti
 Gens fuerat, regi tu tamen ista refers:*

*Morris artificz. morte
 te pereat. Ille equidem pœnas tanto pro crimine soluit,
 Nam necis artificem, morte perire decet:*

*Gratia debetur cœlo pro munere tanto,
 Vnde tibi auxilij gratia tanta data est.*

*Virgo sanctissima
 mater Dei
 nostri. O nimiũ superis virgo charissima, parce,
 Te mea Musa leuis non celebrare potest.*

*Ille quidem pelagus pedibus percurrere tentat,
 Qui sibi promittit dona referre tua:*

*Ex te progenitus Christus lux nostra refulsit,
 Ex te progenitus, crimina nostra luit:*

*Ex te progreditur, sydus sanctissima mater,
 Quod fuit vna salus, gratia plena Deo:*

*Filia tu Christi, tu mater, mittis in orbem,
 Horrida qui fregit limina nigra Dei.*

*Tu cœlum nobis reserasti, & limina pandis,
 Ut possint anima scandere tecta Dei.*

Cur

- Cur Rabecca tuum calabo nomen habendum
 Numine pro sancto, mater amica iacob:
 Numinis aeterni iussu tu deseris ambos
 Virgo sancta patres: deseris aura tua:
 Iungere cōnubiū voluit nam summa potestas,
 Ex quo prodiret gens duodena patrum.
 Tu quoque visa Deo, Rachel dilecta Tonanti,
 Nam voluit Christum te genuisse Deum:
 Bis septem annorū potuit quis ferre laborem?
 Sustulit hos vir, qui te vehementer amat:
 O nimium fœlix sancto dilecta marito,
 Quid nō cogit amor? quod iubet, optat amās.
 Hic labor est dulcis, quem suffert verus amator,
 Quam labor increscit, tā furit intus amor.
 Non te præteream mulier mitissima, quondam
 Iratum regem quam superasse ferunt:
 Ira equidem regis nimiū succensa, maritum
 Abigoilis, auct perdere fortè virum:
 Illa suis precibus potuit sedare dolorem
 Regis, & huic nupsit fœmina iusta viro.
 Mira quidem mater pereuntes vidit in vna
 Luce suos fœtus, non madefacta genas:
 Illa

Rabecca.

Rachel.

Iacob.

Amās op-

rat quod

amor tu-

bet.

Abigoil.

Mater sep-

tē filiorū

percursū

Illa equidē hortatur, pereant sine crimine, firmo
 Pectore sit dominus, pectore sancta fides:
 Sunt septem nati praestantes corpore & armis:
 Quos omnes rapuit mors violenta viros:
 Illa etiam interijt, constanter numen adorans,
 Quod caelo residens, cuncta creata regit:
 Nè patrias leges mulier violauerit, olim
 Ipsa mori voluit, plena timore Dei:
 Cum septem natis passa est occumbere morti,
 Vera Dei semper lex animabat eam:
 Corde ferens dominū, patitur conuitia multa,
 Ad mortem tandem, suppliciumq; ruit.
 Sara. De te Sara loquor, tecum Deus ipse locutus,
 Ille tibi dixit, tu citò mater eris:
 AEdisti risum, reputans quàm grandior esses,
 Non erat hæc ætas quæ generare queat:
 Tunc dominus dixit, non Saræ nomen habebis,
 Sarre. Sed Sarrae nomen (nunc volo) semper habebis,
 Risus idem fuerit, quod Sarra est, Sarra voceris,
 Quæ risus adis: nomine viue nouo:
 Nominē diuino letabere mater eorum,
 Quos Deus elegit, qui sua sacra colant:

Duodecim
tribus.

Iudææ gentis sunt hi sine fraude parentes,

Hos veluti patres gens maledicta colit:

Nam cum deberet Christū venerarier, ipsum

Ex cælo missum gens malè fida negat.

Raab confisa Deo, quanuis meretricula, missos

Raab.

AEdibus excepit, numine fulta viros:

Gentis Iudææ solers dux miserat illos,

Iosue.

Explorare locos, arua inimica, lares:

Ille Dei iussu hostiles disrumpere muros

Optat, & in vetitas ardet adire domos:

Vt, mandata Dei seruans promissa parenti

Abraham
pater anti-
quus.

Antiquo tradat rura habitanda diu:

Illa quidem mulier custodit rura parentum

Omnia, nè pereant milite capta fero:

Nam seruare eius promisit sancta parentes

Gens latitans, quando mania capta forent:

Hæc est summa fides, qua femina suscipit illam

Hospitio, cuius pendet ab ore salus.

Sermone Helix constanter femina credit

Sarratep-
na vidua.

Sarratepna, viro dispoliata suo:

Quanuis Helias iubeat quæ credere possit

Helias.

Vix quisquam, verbis admonet, illa fidem:

r Vasco-

- Vascula tota videt semper repleta farina,
Quannuis ex illa sit satiata domus.*
- Samaritana.** *Samaritana Deum confessa est, indicat esse
In terris Christum, præcinit esse Deum:*
- Martha sancta.** *Christum Martha Deum summo feruore fatetur
Hæc est summa fides, Martha fidelis erat.*
- Madalegna.** *Tu Madalegna Dei pedibus prostrata, fateris
Iffe Deum Christum, cruraq; sancta laudas.*
- Deborra.** *Et Deborra Dei caelesti numine plena,
Iudæam gentem iudicat atque docet.*
- Thecūites.** *Tu sapiens mulier Thecūites nomine, regem
Iratum sedas, mollia verba docens:*
- Abfolon.** *Efficis vt natum depulsum sede paterna,
Exilio reuocet, consilioq; iuuet.*
- Bersabet.** *Efficis vt natus regnet, Solomonia mater,
Post obitum Regis, sceptraq; tradat ei.*
- Regina Sabæ.** *Tu venis ex Indis, populi Regina Sabæ,
Et videas oculis, quod vaga fama refert.
Audieras, Solomon quod sit sapientior inter
Mortales omnes, idq; videre cupis.*
- Michol.** *Saluauit Michol lacrymis perfusa Dauidem,
Cui pater interitum præparat arte Saul.*

Passa fuit quondam mulier conuitia multa,
 Hæc ancilla iacit, tota pudore carens:
 Nil aliud fecit, mulier mitissima, templum
 Ingreditur, dominũ supplice mente rogans:
 Parcere dignetur miseræ conuitia fanti,
 Atq; animum mutet, qui meliora velit:
 Hanc Raguel genuit, nurus est tamen ista Tobia,
 Famina digna viro, femina digna patre:
 Illa quidẽ fuerat grauiori offensa dolore,
 Quapropter dominũ supplice mente rogat:
 Protinus aut moriar, vel sit mihi vita superstes,
 Dum ficto uidear, crimine facta rea:
 Dura ancilla fuit sauo cruciata flagello,
 Imposuit crimen falsa puella mihi.
 Argia dilexit summo feruore maritum,
 Eius amore perit, dilacerata prius:
 Ille perit victus, bello prostratus iniquo,
 Huic voluit mulier ferre sepulchra viro:
 Inter deuictos querit bona femina victum,
 Cum deprensa esset, traditur illa neci.
 Prothesilaus erat vir bello insignis & armis,
 Hectoris armata concidit ille manu:

Filia Ra-
 guelis, nu-
 rus Tobie,
 Sara nomi-
 ne.

Argia.

Prothesi-
 laus.

Nauius eggressū oppresserunt Dardana tela

Cornelia.

Quod postquā notū est, vxor amore perit.

Pompeius

Quām benè dilexit magnū Cornelia mater

erat mari-

Gracchorum, occisum, quam benè fleuit eū.

tus Corne-

Seruat Hypermestras cura grauiore maritum,

lia.

Hyperme-

stias.

Noluit occisum, quem uebementer amat:

Illa tamen penas soluit pro munere tanto,

Huic nocuit pietas, huic socialis amor.

Thysbe.

Per soluit Thysbe fido quæ debet amanti,

Ambo nam pereunt, ensis utrunq; ferit.

Hero.

Submersū pelago cum uiderit Hero Leandrum,

Præcipitem ex muro se dedit illa mari.

Sincerum pectus seruans, animūq; fidelem,

Debita dilecto soluit amica suo.

Iullia.

Iullia dum uidit fœdatam sanguine uestem

Coniugis, occubuit pressa dolore graui.

Ipsichra-

tea.

Ipsichraea fuit quondam regina, virago

Est armata, sui bella secuta viri:

Feruet amore viri, nunquā discedit ab illo,

Est comes in bello, scissa proindè comam:

Non inuenta fuit mulier tam chara marito,

Nec quæ sit thalami tã uebementer amat:

Paruit

Quare Ro
 mę fuerit
 extructū
 tēplū vene
 ri.
 Hoc idē extruxit Romana potentia numen,
 Vt Romanarum vita pudica foret:
 Indē tibi nomen magnum est, hinc gloria creuit
 Indē tuis natis gratia facta fuit:
 Inde tuos cineres populus respexit honore,
 Et tua sunt sacris, nomina sculpta focis:
 Romanae matres te solam vt numen adorant,
 Et velut exemplar fœmina casta colit.
 Te quoque nunc nobis offers dilecta Petrarcha
 Dote animi nimia, fœmina Laura potens:
 Cupido
 deus amo
 ris.
 Madona
 Laura.
 Qui superos potuit, gentesq; domare superbas,
 Hic tibi terga dedit, paruit ille tibi:
 Hic victor victum se tradit, teq; fatetur
 Iam dominam, victas non negat esse manus:
 Felix quę potuit victorem subdere Regem,
 Felix, quę nitidis sola triumphat equis:
 Subdita colla dedit, dimisso lumine, lucem
 Aspectare pudet, pectora victa gemunt:
 Non armata fuit, non ferro bella gerebat
 Laura, Deum puerum vertere terga facit.
 Virgo Laura fuit castissima, dura Petrarcha,
 Non flecti potuit, plena pudicitia.

Qua-

Quare ego præteream Leonoram coniuge dignã
 Principeꝝ cui nupsit: dux Eborensis erat:
 In te fidus amor regnat, tu sola maritum
 Diligis, & refoues, & uehementer amas.
 Nonius est genitor, dux magnus, pectore & armis
 Insignis, Mauris terror acerbus erat:
 Horror erat Libiæ, multos deuicerat hostes,
 A quibus hic victor, multa trophæa tulit:
 Regi charus erat, cuius seruauit honorem,
 Et pace & bello belligera arte potens:
 Hic fuit abreptus tandem post prælia multa,
 Post multas strages euolat ad superos:
 Huic Rex Emanuel fœlici tempore regnans,
 Post obitum fieri, funera sacra iubet:
 Quas habuit natas fœlici munere dotat,
 Collocat has etiam principibusq; suis:
 Tu Leonora virum tenuisti sorte maritum,
 Qui socius Regi, cui fuit ante comes.
 Fœlix coniugiũ, gens hinc enascitur vna,
 Vnus erat præsul, miles & alter erat:
 Sunt reliqui nati fœlices, filia nupsit
 Consensu patris, stemate clara viri.

Leonora
 vxor ducis
 Eborensis
 dñi Iacobi
 à Cautris.

Noni^o fer
 nandez à
 tarde geni
 tor dñæ
 Eleonore.

Postquam tota domus titulis præclaruit amplis,
 Et genus omne tuum regia tota fomet:
 Te iubet in cælum conscendere summa potestas,
 Coniuge cum claro, sisque sepulta tuo.
 Summa Dei pietas, foueat te sancta virago,
 Detque tibi cælo lucidiore frui.
 Illa etiam natos post vitæ tempora longa,
 Æthere permittat te sociare Deam.
 Inuenies multas, Veneris quæ gaudia nolunt,
 Blandaq; contemnunt tela Cupido tua:
 Vox audita fuit natam spondere Latinum
 Troiano Æneæ, iussa sequendo Deum:
 Accepit vocem lachrymis Lauinia matris,
 Quæ negat externo nubere velle viro:
 Elegi mater Vestales sumere amictus,
 Inquit, & aspectum persugit illa patris.
 Custodis inuicta pugnam, tormenta, rotasque,
 Dum numerare volo, concidit ægra manus.
 Nam quis tam durus, quis tam marpesia caues,
 Temperet à lachrymis, talia quâdo refert.
 Detexit technas virgo, fraudesq; Deorum,
 Hinc cruciata fuit, libera verba loquens.

Lauinia fi-
 lia regis la-
 tini, & v-
 xor æneæ.

Nomē pa-
 tronimicū
 à Costo pa-
 tre Cathe-
 rine.

Tu Catharina Deis renuisti credere falsis,
 Sponte q̄; subsannas numina ficta Deūm. Diva Ca-
therina.
 Tu Venerem, tu lunonem, tu Pallada rides,
 Irrides gentes, quæ coluere Deos:
 Regia progenies, cultu redimita pudico,
 Christum sola colis, Christus in ore tuo:
 Sincera huic offers tu virginittatis boiores,
 Huic floresque tuos, cordaque plena Deo:
 Assidue Christum casto sub pectore voluens,
 Tu terrena fugis, mens tua fixa polo est:
 Quapropter cali dominus tibi nuncia misit,
 Teq; fide firmat, nè caro fortè ruat:
 Pone metū, securam eas intellige voces,
 Nuncia proponunt: ebibe tu calicem:
 Inter virgineas acies, albentia castra,
 Tu cito fulgebis, lumine plena meo:
 O felix virgo diuini sponsa parentis,
 Pectore conde tuo, quas tibi fundo preces:
 Suscipe me gremio, titubantes dirige gressus,
 Ne mea permittas pectora labe premi:
 Tu capies palmam, victricia signa, triumphos,
 Hostibus inuitis tu sua signa refers:

Da superis grates, qui te monuere, priusquam
 Crux tua torqueret corpora firma Deo.

Cecilia
 virgo.
 Anastasia,
 Euphemia
 virgines.

Non ego Ceciliæ pœnas, & flebile sanctæ
 Funus Anastasiæ, nunc memorare volo.
 Euphemiæq; graues nolo perstringere casus,
 Gloria sunt omnes feminei generis.

Decantent alij præconia sancta, virorum,
 Qui voluere mori, martyriumque pati.
 Quod prius institui, faciam, muliebria facta
 Carmine comprehendam, fœmineumq; decus.
 Sunt mihi præsentès tres virginitate decoræ,
 Margaris, vna Agathe, Lucia luce iuuantis:
 Forma, recēs ætas, nec dum benè nubile tempus,
 Has tres exornant, nobilitatq; genus.

Margaris,
 Agathe,
 Lucia, vir
 gines.

Margaris est claris virgo natalibus orta,
